Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0001-8

C.c.137

Ol 38e

Libb. gramat. & antiqua
in Octavo
N. 61.

II a 6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0004-5

6

# ENCHIRIDION ADAGIORVM SELECTIORVM, E CHILIADIBVS DESIDER. ERASMI ROTERODAMI deſumptorum,

*In vſum*

*SWINFVRTENSIS SCHOLÆ CONCINNAtum, digeſtum & typis exſcriptum.*

PSAL. CXXVI.

*Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.*

SWINFVRTI
Ex Chalcographia Caſpari Kemlini.

M. DCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0005-0

# AMPLISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS VIRIS, DN. LAVRENTIO GÖBELIO, & DN. GEORGIO SPONIO, Inclytæ Reipub. Svvinfurtenſis Sexuiris & Scholarchis, Dominis, fautoribus, & amicis ſuis honorificè colendis

*S. P. D,*

*VINO VENDIBILI non opus eſt ſuſpenſa hedera: vetus eſt prouerbium, Ampliſsimi Domini Scholarchæ, fautores & amici officioſè colendi. Nec Adagijs, quæ ad vos profero, opus eſt cõmendatione aliquâ mea: vtpote quæ commendat ſatis ſua antiquitas, ſua dignitas, ſua venuſtas, ſua deniq;*

 *vtli-*

*vtilitas: quæ non iam in tenebris abſtruſa latent, ſed in luce meridiana, in oculis, in auribus & in manibus fermè omnium verſantur, quotquot elegantioris literaturæ ſtudio ducuntur.*

*Antiquitas eorum, vel è ſacra Scriptura, ſcriptura omnium ſcripturarum antiquiſſima, inclareſcit, quæ non ſolùm ſparſim prouerbia enarrat & vſurpat; cuiuſmodi ſunt: Quid Saul inter Prophetas? Ne glorietur accinctus æquè, vt diſcinctus: Patres noſtri vuam comederũt acerbam, & dentes noſtri obſtupuerunt: Sed etiam intra canonis ſui orbem peculiarem Prouerbiorum librum, â paræmiographo, poſt homines natos, ſapientiſſimo, Solomone rege concinnatum. Idem apparet ê ſymbolis veterum Philoſophorum, quorum Philoſophia propè*

*vniuerſa in Prouerbijs recondita fuiſſe videtur.*

*Vnde & dignitas eorum confirmatur: quam illuſtrat auctoritas horum, qui vel prouerbijs conſcribendis operã nauârũt, vel in ſuis ſcriptis illa frequentârunt. Non enim infimi ſubſellij, ſed ſummi & nominis maximi auctores paræmiographiæ ſtudium coluerunt: vt Ariſtoteles, Chryſippus, Ariſtides, Zenodotus, Plutarchus, Diogenianus, Suidas, & alij. Et, vt cæterorum quisq; ad eruditionis & eloquentiæ laudem aſpirauit magis, ita & monumentis ſuis adagia, ceu gemmulas, intertexere ſtuduit. Teſtes ſunt ſcriptores non ſolùm prophani: vt Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Plutarchus, Varro, Cicero, &c. ſed etiam Chriſtiani; vt Tertullianus,*

*Hieronymus, Chryſoſtomus, & alij. Quin & Seruator ipſe adagiorum vſum non faſtidiuit. Aut quid ſibi iſta volunt: E fructu cognoſcitur arbor, Colantes culicem deglutiunt camelum Durum eſt contra ſtimulum calcitrare? Et alibi recitat diuerbium puerorum, in foro ludentium: Cecinimus vobis tibijs, & non ſaltâſtis: Cecinimus lugubre, & non plorâſtis.*

*Venuſtas eorum manifeſta eſt. Rectè enim vſurpata, hoc eſt, non vt cibi, ſed vt condimenta, non densè & crebrò nimis, ſed modicè, tempeſtiuè & in loco, ſimiles ſunt margaritis & gemmulis, & ſtellulis, & floſculis, quæ rebus decus & venerem addunt.*

*Vtilitas denique eorum eſt varia & multiplex. Quippe deguſtandam præbent priſcam philoſophiam, cuius*

*reliquias prouerbia eſſe, apud Syneſium Ariſtoteles arbitratur: Erudiunt de ineunda ratione vitæ, quo pacto Græci Paroemiam finierunt ſermonem ad vitæ rationem conducibilem, moderata quadam obſcuritate, multam in ſeſe continentem vtilitatem: Habent vim perſuadendi & confirmandi; ceú teſtimonia vſu ampliſſimo & diuturno celebrata, & pronunciata de ijs, quæ omnibus videntur vera: Exornant orationē, cùm ſententijs, rotundè ſolerter, ſcitè ingenioſè, propoſitis; tum verbis, metaphoricè, allegoricè, ironicè, hyperbolicè, alijsq́ ſermonis modificati elegantijs, depictis: Conferunt ad meliorum auctorum lectionem, qui adagijs paſſim vtuntur: Subſeruiunt memoriæ, ceu hypomnemata, inſignis alicuius hiſtoriæ, comœdiæ, doctrinæ,*

rei aut perſonæ, pauculis verbis cõcepta, mẽoriæ tantò faciliùs inſculpta. Deniq; oportuna ſunt ijs, quibus ex tempore dicendum eſt, vt, tanquam è triuio, inde materiem arripiant, quam illico ad conditionẽ auditoris ſui applicent & adaptent. Sed de hiſce Eraſmũ, in veſtibulo Chiliadum ſuarum fuſiùs diſſerentem, videre licet.

Conſideranti igitur mihi, pro eo, ac officij mei ratio poſtulat, ecquid in rem Scholæ noſtræ futurum eſſet, aut quid Scholaſticis noſtris, ad elegantiorem latinitatem aſſuefaciendis, eſſet proponendum, vnde operæ maius facerent precium, vitæ breuis horas non longas fructuoſiùs collocarent, & emolumentum vberius perciperent; obtulerunt ſe Adagia, à Deſid. Eraſmo Roterodamo, viro de Republica literaria meri-

tiſſimo, in quatuor Chiliadas, ex omni genere auctorum, congeſta. Quo de libro cum magnificè ſemper ſenſerim, nec mihi ſit dubium, quin ita ſentienti calculos, quod dicitur, albos ſint adiecturi, quotquot lectionem eius ſaltem ſummis deguſtârunt labris, Prouerbiale hoc Enchiridion inde excerptum eſt, in quo non omnia, ſed ea, quæ viſa ſunt vſitatiora, adagia recitata ſunt. Quæ enim minùs trita ſunt, minùs ve iullſtria, meritò reijciuntur è cenſu eorum, quæ adoleſcentiuſculis ingenijs ſunt propinanda. Proponuntur autem illa nudè, omiſſa explicatione diffuſâ, cùm, ne iuſto magis excreſceret Enchiridion, tum, quòd iſta explicatio ad dictationem præceptorum pertinere deberet. Et quia ad ſermonis vbertatem non parum conferunt, quæ eiuſdē

ſenſus aut ſignificatus ſunt, in ſuam quæq; claſſem, (Locum communem vocant) relata ſunt: & iuxta ſeriem ordinis alphabetici diſpoſita, vt in memoria diſcentiũ citius obhæreſcerent.

Vobis autem, Ampliſſimi & Prudentiſſimi Domini Scholarchæ, hunc libellum commendo: adductus non ſolũ veſtro erga me ſingulari ſtudio & inclinata voluntate, ſed etiam ſacri illius officij, ex quo SCHOLARCHÆ ſalutamini & nuncupamini, dignitate. Quam propter vos oro, vt non ſolùm fronte ſerenata, mente porrò beneuola eum excipiatis, ſed etiam, quod facitis, vnâ cum cætero Ampliſſimo ſenatu, Dominis meis, obſequio ſubmiſſo colendis, in hanc incumbatis curam, qua laboranti noſtræ ſcholæ, quantum fieri poteſt, ſuccurratur & rectè pro-

ſpiciatur. Faxit ſuprēus ille Scholarcha Iehoua maximus, vt docentes ac diſcentes faciant officium, & vt in doctrina, ita in pietate plurimum proficiant: Cui, ceu rerum omniū ſoſpitatori optimo, vos voto meo deuotè commendo. E muſæo meo Februarij 8. Anno reparatæ ſalutis 1605.

Ampp. Vv.
Obſeru.

Iohannes Schröderus
Paſtor.

## AD SCHOLÆ SWINFVR-TENSIS DISCIPVLOS.

*CŒlo quod ſtellæ, quod ſunt in murice gemmæ,*
*Quod flores hortis, & quod aroma cibo eſt:*
*Hoc ſunt ſermoni Prouerbia lucida ſcito,*
*Cui decus & Venerem conciliare ſolent.*
*Muſis nate Puer, vt Muſis digna loquaris;*
*Talia conde animo, condita prome ſtylo.*
*Muſis nate puer, tibi natum acquire libellū.*
*Exiguus liber eſt, exiguoq́ʒ licet.*



# ENCHIRIDION ADAGIORVM SELECTIORVM.

## *ABERRANDI.*

QVIS aberret à ianua? *Ariſtote.*
Toto cœlo erras. *Macrob.*
Tota erras via. *Terent.*

## *AB INITIO AD FINEM.*

Ab ipſo lare incipe. *Ariſtid.*
Ab incunabulis. *Plautus.*
Ab ouo vſque ad mala. *Horat.*
A capite ad calcem. *Homer.*
A capite arceſſere. *Cicero.*
A cœlo ad terram percontare. *Plautus.*
A carceribus ad metas. *Ariſtoph.*
Ad calcem perueni. *Cicero.*
A fonte ducere. *Cicero.*
A fronte, atque à tergo. *Plato.*
A linea incipere. *Ariſtid.*

A teneris vnguiculis. *Plutarch.*
Ea tela texitur. *Cicero.*
Exordiri telam. *Plautus.*
Fores aperire. *Plin.*
Ianuam & feneſtram aperire. *Terent.*
Ne inter apia quidem ſunt. *Ariſtoph.*
Principium dimidium totius. *Heſio.*
Prora & puppis. *Philoſtrat.*
Quodcunque in ſolum venit. *Cice.*
Scindere glaciem.
Toto organo. *Quintil.*
Venimus ad ſummam lineam. *Eurip.*
Vſque ad plaudite. *Cicer.*

## *ABSVRDA, INDECORA, ſeu Præpoſtera.*

Ad conſilium ne acceſſeris, antequam voceris. *Cato.*
Ad menſuram aquam bibunt, citra menſuram offam comedentes. *Zenodo.*
Aduerſus ſolem ne loquitor. *Pythag.*
Agninis lactibus alligare canem. *Plau.*
Aliorũ medicus, ipſe hulcerib. ſcates. *Plut.*

Ante barbam doces Senes.
Ante pilos ſapere. *Perſi.*
Annulus aureus in naribus ſuis. *Prou.* 11.
Anus ſaltat.
Aquam igni miſcere. *Plutarch.*
Aratro iaculari. *Diogen.*
Aſinus auis. *Ariſtoph.*
Balba non credit. *Suid.*
Boue venari leporem. *Plutarch.*
Calceus pede ne ſit maior. *Lucian.*
Caligare in ſole. *Quintil.*
Camelus ſaltat. *Hiero.*
Cancer leporem capit.
Canem excoriatam excoriare. *Ariſtoph.*
Cani das paleas, aſino oſſa.
Capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis. *Zenodo.*
Caput artis decere, quod facias. *Quintilianus.*
Ceruus canes trahit. *Theocri.*
Claue findere ligna, & ſecuri fores aperire. *Plutarch.*
Culicem colant. *Matt.* 23.

Cum aqua fauces ſtrangulet, quid opus eſt bibere? *Ariſtot.*
Currus bouem trahit. *Lucian.*
Daſypus carnem deſiderat.
Dum virent genua. *Horat.*
Ebur atramento candefacere. *Plaut.*
Elephantum è muſca facis. *Lucian.*
Eodem collyrio mederi omnibus. *Hiero.*
Epopa cum cygnis contendit. *Theocrit.*
Exacta via, quærere viaticum. *Seneca.*
Ex natali emortualem facere. *Plaut.*
Faber cum ſis, fabrilia non tractas. *Plutar.*
Fluuius, quæ procul abſunt, irrigat, quæ proxima ſunt, relinquit. *Diogeni.*
Fruſtra habet, qui non vtitur. *Homer.*
Furari littoris harenas. *Ouid.*
Herculis cothurnos aptare infanti. *Quinti*
In aëre piſcari. *Plautus.*
Indoctior ſum, quàm in tragœdia Comici *Plaut.*
In herba luxuries. *Cicero.*
In mari aquam quæris. *Martial.*
In mari venari. *Plant.*

In pace leones, in Marte vulpeculæ. *Ariſt.*
In ſyluam ferre ligna. *Ouid.*
In toga ſaltantis perſonā inducere. *Mart.*
Iocandum, vt ſeria agas. *Ariſtot.*
Iugulare mortuos. *Laert.*
Iungere vulpes. *Virgil.*
Iuxta fluuium puteum fodit.
Lanam fers in officinam fullonis. *Gallen.*
Leonis exuuium ſuper crocoton. *Ariſt.*
Lucernam adhibes in meridie. *Laert.*
Lumen ſoli mutuas. *Plutar.*
Lupi alas quæris. *Suid.*
Mari aquam è foſſa infundis. *Ouid.*
Mortuum vnguento perungis.
Mulgere hircum. *Lucian.*
Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat.
Nec aures habeo, nec tango. *Hierony.*
Nil intra eſt oleam, nihil extra in nuce duri. *Horat.*
Nudo veſtimenta detrahere. *Plaut.*
Nudo mandas excubias. *Zenodo.*
Odi puerulos præcoci ſapientia. *Apulei.*

Omiſſis fontibus conſectari riuulos. *Cice.*
Pica cum luſcinia certat. *Theocri.*
Piſcem natare doces. *Diogeni.*
Poſtquam rem comedit, rationem putat. *Plaut.*
Primas iactare haſtas. *Cic.*
Prius antidotum, quàm venenum. *Hier.*
Qui ſeſe non habet, Samum petit. *Plutar.*
Ranæ aquam miniſtras. *Theoc.*
Serenitati nubem inducis. *Plutarch.*
Silurus putris in quadra argentea. *Athen.*
Smaragd⁹ in luce obſcurus, noctu lucidus (*Plin.*
Soli lumen inferre. *Quintil.*
Solem ad adiuuare facibus. *Grati.*
Sus cum Minerua certamē ſuſcepit. *Theo.*
Sus Mineruam. *Cic.*
Sus ſaltauit. *Dioge.*
Sydera addere cœlo. *Ouid.*
Syncerum vas incruſtare. *Horat.*
Tardus aſſequitur velocem. *Homer.*
Te ipſum non alens, canes alis. *Plaut.*
Tute lepus es, & pulpamentum quæris. *Terentius.*

Tuum tibi narro ſomnium. *Suid.*
Velocem tardus aſſequitur. *Homer.*
Veſpa cicadæ obſtrepens. *Theocrit.*
Virgultea ſcaphula Ægæum tranſmittere. *Lucian.*
Vmbram ſuam metuere. *Socrat.*
Vulpes bouem agit. *Suidas.*

## *ACCESSIO PVSILA, aut nimia.*

Crœſi pecuniæ teruncium addere. *Cic.*
Glebam aruo adijcis.
Gutta vini non miſcetur aquæ mille congijs.
Holerum additamenta. *Diogeni.*
Ne maior thylaco acceſſio. *Lucian.*
Piſcis eget ſale. *Ariſtote.*

## *AD REM PERTInentia.*

Ab vnguibus incipere. *Baſil.*
Ædibus in noſtris, quæ praua aut recta geruntur. *Homer.*

Nunc in regionem veni. *Plutarch.*
Ipſum oſtij limen tetigiſti. *Ariſtot.*
Omiſſis nugis, rem experiamur. *Ariſtoph.*
Pedem conferre. *Cicer.*
Rem acu tetigiſti. *Plaut.*

## ADVLATIO.

Benignior pellace vulpe. *Diogen.*
Cauda blandiri. *Ariſtoph.*
Climacides. *Plutarch.*
Conſeſſus in ludo talario. *Cic.*
Cura eſſe, quod audis. *Horat.*
Demulcere caput. *Quintil.*
Ficum cupit. *Ariſtoph.*
Gloſſogaſtores. *Cicero.*
Haud quaquam difficile eſt, Athenienſem Athenis laudare. *Ariſtot.*
In oſtio formoſus. *Ariſtoph.*
Io Pæan. *Horat.*
Ipſe ſemet canit.
Lethale mulſum. *Diogen.*
Mercenarium præconium. *Cic.*
Præſtat habere acerbos. *Cic.*

Saluete equorum filiæ. *Ariſtot.*

## ÆQVANIMITAS.

Ad finem vbi perueneris, ne velis reuerti. *Plutarch.*

Iactare iugum. *Iuuenal.*

In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat. *Plautus.*

Magiſtratum gerens audi & iuſtè & iniuſtè. *Solon.*

## ÆQVALITAS.

Pari iugo. *Plin.*

Par pari. *Cic.*

## ALIA ALIIS PLACENT.

Aſinus aſino, & Sus ſui pulcher. *Alcim.*

Balbinum delectat polypus agnæ. *Horat.*

Felix Corinthus, at ego ſim Teneates. *Strabo.*

Quot homines, tot ſententiæ. *Terent.*

Sibi pulcher. *Horat.*

Suum cuique pulchrum. *Cic.*

Suus rex reginæ placet: Sua cuiq; ſponſa ſponſo. *Plaut.*
Te tua, me mea delectant. *Cic.*
Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. *Perſ.*

## *ALIBI DIMINVTVM, alibi redditum.*

Claudus optimè virum agit. *Athen.*
Facta iuuenum, conſilia mediocrium, vota ſenum. *Heſiod.*
Marinam auditionem fluuiali abluit ſermone. *Plat.*
Non omnia poſſumus omnes. *Vergil.*
Non omnis fert omnia tellus. *Idem.*
Semper ſeni iuuenculam ſubijce. *Dioge.*

## *ALIENA ARE.*

A cancellis declinare. *Cicero.*
Alia Menecles, alia porcellus loquitur. *Lucilius.*
De curru delapſus. *Ariſtoph.*
Ego tibi de allijs loquor, tu reſpondes de cæpis.

Extra chorum ſaltare. *Plato.*
Extra oleas fertur. *Ariſtoph.*
Falces poſtulabam. *Suidas.*
Haud contra oſtium occurris quæſtioni. *Ariſtoteles.*
Me mortuo terra miſceatur incendio.
Meos corymbos necto.
Mihi iſtic neq; ſeritur, nec metitur. *Plaut.*
Mira de lente. *Rodolph. Agric.*
Neq; cœlum, neq; terram attingit.
Nihil ad verſum. *Lucian.*
Nihil ad fides. *Idem.*
Nihil ad Bacchum. *Suid. Cic.*
Omiſſa hypera, pedem inſequeris. *Hype.*
Omni pedi eundẽ calceũ inducere. *Galen.*
Quid ad farinas? *Ariſtoph.*
Quid ad Mercurium?
Reſpublica nihil ad muſicum. *Ariſtoph.*
Sed domum redeamus. *Cicero.*
Vltra ſepta tranſilire. *Chryſoſt.*

## ALIENA CVRANTIS.

Alienis in rebus lynx eſt, in ſuis talpa.

Bellum Cononi curæ fuerit.
Eminus videns, cominus nihil. *Sophocles.*
In alieno choro pedem ponere. *Plut.*
Ne depugnes in alieno negotio. *Homer.*
Quæ ſupra nos, nihil ad nos. *Lactant.*
Vtere curru, de aſinis nihil laborans.

## ALIIS SAPERE.

Facilè cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. *Terent.*
Quarta luna nati. *Euſtach.*

## ALIENO PERICVLO.

Alienam metis meſſem. *Ariſtoph.*
Coctum ab alio edis. *Homer.*
De alieno ludis corio. *Apulei.*
De meo tergo degitur corium. *Plaut.*
Innocuus alium aſpiciam, meum habentem malum. *Ariſtot.*
Non eſt meum negotium, multum valeat. *Diogeni.*

## AMICITIA.

Ad felicem parietẽ ſe inflectere. *Ariſtoph.*

Ama, tanquam oſurus: oderis, tanquam amaturus. *Bias.*

Amantium iræ amoris redintegratio eſt. *Terentius.*

Amicitia ſtabilium, fœlicitas temperantium. *Ariſtot.*

Amici mores noueris, non oderis. *Porphyr*

Amicorum communia omnia. *Pythago.*

Amicitia æqualitas.

Amicus alter ipſe. *Pythago.*

Amicus amico. *Terent.*

Amicus magis neceſſarius, quàm ignis & aqua. *Plutarch.*

Amicus lingua. *Theog.*

Amicus certus in re incerta cernitur. *Cic.*

Animo ægrotanti medicus eſt oratio. *Plutarch.*

Conciliant homines mala. *Ariſtot.*

De manu in manum. *Cicero.*

Ex ſinu illius. *Idem.*

Felicitas multos habet amicos. *Theogni.*

Felicium multi cognati.

Feruet olla, viuit amicitia.

In ære meo eſt. *Cicer.*

Intempeſtiua beneuolentia nihil à ſimultate differt. *Suid.*

Menſa communis. *Theocri. Eurip.*

Nauigare cum felicibus quilibet quærit. *Euripid.*

Ne cuiuis dexteram inieceris. *Plutarch.*

Nemo ſibi naſcitur. *Plato. Cic.*

Neque nulli ſis amicus, neque multis. *Heſiodus.*

Non potes Thetydem ſimul & Galateam amare. *Theocri.*

Non ſunt amici, qui degunt procul. *Athe.*

Nouos parans amicos, ne obliuiſcere veterum. *Hermol. Barb.*

Nudæ gratiæ. *Horatius.*

Oculis, in ſinu, in capite ferre. *Cice.*

Ollæ amicitia. *Plutarch.*

Philotheſius crater. *Plutarch.*

Plures adorant ſolem orientem, quàm occidentem. *Plutarch.*

Salem & menſam ne prætereas. *Orige.*

Salute tenus amici. *Theogni.*

Syncretiſmus. *Plutarch.*
Tempus indicat, quis verè amet. *Ariſtot.*
Vbi amici, ibi opes. *Plaut.*
Viri infortunati procul amici. *Ariſtides.*
Vnus DEVS & plures amici.
Vſque ad aras amicus. *Gellius.*
Vultu ſæpè læditur pietas. *Cicero.*

## *AMOR.*

Aureæ compedes. *Diogen.*
Capite geſtare. *Plato.*
Ceſtum habet Veneris. *Martial.*
Ex aſpectu naſcitur amor. *Diogenianus*
Iniuria ſoluit amorem.
Librorum amantior, quàm Gello
Manſum ex ore dare. *Lucilius*
Medullitus, oculitus. *Plautus*
Muſicam docet amor. *Auguſtinus*
Paruus ſemper tuus pullus.
Qui non zelat, non amat. *Auguſtinus*
Vt lupus ouem. *Plato*
Vt Phrygius amauit Pieriam. *Plutarchus*

## ANCEPS ET DVBIVS.

Aut Plato philoniſſat, aut Philo Platoniſſat. *Hierony.*

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam feret. *Zenodot.*

Aut oportet tragœdias agere omnes, aut inſanire. *Archela.*

Aut mortuus eſt, aut docet literas.

Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor *Athen.*

Delphicus gladius. *Ariſtot.*

Etiã capillus vnus vmbrã habet ſuã. *Pub.*

Haſta caduceum offert. *Suid.*

Eiſdem è literis Comœdia & Tragœdia componitur.

Inter pueros ſenex.

Inter ſenes puer.

In triuio ſum. *Theogn.*

Malum bonum. *Plini.*

Malum neceſſarium. *Strabo.*

Nauis aut galerus. *Ariſtoph.*

Neq; cum malis, neq; ſine malis. *Ariſtoph*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0032-0

Nolens volens. *Euripides.*
Oportet teſtudinis carnes aut edere, aut non edere. *Athenæus.*
Plus aloës, quàm mellis habet. *Iuuenal.*
Polypi caput. *Plutarch.*
Quid primum, aut vltimum? *Lucian.*
Quocunque pedes ferent. *Horat.*
Scuto pacem petere. *Hierony.*
Triceps Mercurius. *Philochor.*
Vnica filia duos parare generos.
Volens nolente animo. *Homer.*
Vtroque nutans ſententia. *Zenodot.*

## *APERTE ET CRASSE.*

Craſſa Minerua. *Colume.*
Craſſiore Muſa. *Quintil.*
Præmanſum in os inſerere. *Cic.*

## *APROBANDI.*

Alba faba contigit. *Plutarch.*
Album calculum addere. *Ariſtot.*
Calculis omnium deſtinatum eſt. *Apulei.*
Creta notare. *Horat.*

Dies albus. *Plutarch.*
Dies numerandus meliore lapillo. *Iuuen.*
Momo ſatis facere. *Heſiod.*
Ne Iupiter quidē omnibus placet. *Theog.*
Omne tulit punctum. *Horat.*
Pedibus in ſententiam diſcedere. *Gellius.*
Pollice vtroque laudare. *Horat.*
Premere pollicem alicui. *Plin.*
Rectam inſtas viam. *Plautus.*
Si tibi amicum, nec mihi inimicū. *Plato.*
Vnione ſignare.
Vno ore. *Terentius.*
Vt Phidiæ ſignum, ſimul aſpectum & probatum eſt. *Cicero.*

## *ARROGANTIA IActantia.*

Arcem è cloaca facere. *Cicero.*
Attollere ſupercilium. *Plini.*
Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio.
Baſilica facinora. *Plautus.*
Bullatæ nugæ. *Perſius*
Campana ſuperbia. *Cicero.*
Cicadis pleni. *Ariſtoph.*

Cœlum digito attingere. *Cice.*
Cœlum territat armis. *Virgil.*
Decumanum. *Lucil.*
De pulmone reuellere. *Perſius.*
Diuinum excipio ſermonem. *Plat.*
Ex academia venis. *Athenæ.* (*Seneca.*
Gallus in ſuo ſterquilinio multum poteſt.
Hamaxiæa. *Athenæ.*
Hic Rhodus, hic ſaltus. *Æſop.*
Imperitus ſubligaculo indutus, omnib⁹ id
Ingredi Iunonium. *Athenæ.* (oſtentat.
Iouis ſandalium. *Suidas.*
Ipſe dixit. *Pythag.*
Laureolam in muſtaceis querere. *Cic.*
Magis ſibi placet, quàm Peleus in machæra. *Zenod.*
Mira de lente. *Rud. Agricola.*
Ne mihi ſuffenus eſſem. *Horat.*
Ne ſutor vltra crepidam. *Plin.*
Palmarium facinus. *Terent.*
Pennas nido maiores extendere. *Horat.*
Pulchrum eſt, in ſepulchri elogio Imperatorem aſſcribi. *Procopi.*

Sine, incolumis redeat. *Theocrit.*
Sophocles & laudiceni. *Plini.*
Summus vnguibus ingredi. *Ariſtoph.*
Sybaritici ſermones. *Heſychi.*
Tanquam Argiuum clypeum abſtulerit, ita gloriatur. *Zenodot.*
Tollere criſtas. *Iuuena.*
Tollera cornua. *Ouid.*
Tuo pede te metire. *Horat.*
Videberis me videns, planè. Martem videre. *Ariſtoph.*
Vino vendibili ſuſpenſa hedera nihil eſt opus.
Vendibilis merx facilè emptorem reperit: inuendibili oportet vltrò adducere. *Plautus.*
Vltra peram ſapere. *Lucian.*

## *ASPERITAS MOROSITAS.*

A laſſo rixta quæritur. *Senec.*
Corinthus & collibus ſurgit, & vallibus deprimitur. *Strab.*
Cornea fibra. *Perſi.*

Echino aſperior. *Plini.*
Ferreus, Aheneus. *Horat.*
Ne moue feſtucam.
Scabroſior leberide. *Suid.*
Totus echinus aſper. *Ariſtoph.*

## ASSIDVITA.

Aſſidua ſtilla excauat ſaxum. *Ouid.*
Dicendo dicere diſcunt. *Cicero.*
Exercitatio poteſt omnia. *Periand.*
Latum vnguem; tranſuerſum digitum, vnguem; latum culmũ, non diſcedam. Pedem non egrediar.
Ne quidem puncto atq; vngue tranſuerſo recedam. *Hierony.*
Maiora perdes, parua ni ſeruaueris.
Minutula pluuia imbrem parit.
Multis ictibus deijcitur quercus. *Diogeni.*
Ne altero quidem pede diſcedam. *Lucia.*
Ne genu quidem flexo. *Philoſtrat.*
Noctes dieſquè. *Homer.*
Planta, quæ ſæpius transfertur, non coaleſcit. *Quintil.*

Saxum volutum non obducitur muſco.
Taurum tollit, qui vitulũ ſuſtulerit. *Verg.*
Tempus longum vitiat lapidem. *Ouidius*
Velut vmbra, ſequi. *Plautus*

## ATTENTIO & CONTRA.

Auribus arrectis. *Vergilius*
Ceram auribus obdis. *Homerus*
Erecti. *Athenæus*
Hoc age. Hoc agamus. *Plautus*
Mens tua præſens peregrè eſt. *Ariſtoph.*
Præſens abſens es. *Terentius*
Purgatis auribus. *Plautus*

## AVDACIA.

Achilles. *Gellius*
Achilleum argumentum.
Alter Hercules. *Ariſtoteles*
Animus heptaboëus. *Homerus*
Animo gladiatorio impetere aliquem. *Terentius*
Fortes fortuna adiuuat. *Cicero. Liuius*
Martis pullus. *Ariſtophanes*

Muſca licet ſæpè repulſa, aſſultat morſura tamen. *Homerus* (*Ariſtoteles*
Neque terræ motus timet, neque fluctus.

## AVXILIVM INFIRMVM.

Coriaceum auxilium. *Heſychius.*
Ficulum auxilium. *Ariſtophanes*
Lunę radijs non matureſcit botrus. *Plutar.*
Per fluuiũ ego vos ſuſceptos traducam *Pla*
Sacer manipulus. *Athenæ.*

## BENEFICIVM CORRVPTVM.

Capara Scyria. *Zenodo.* (*Fabianus*
Panis lapidoſus. *Seneca.* Panis verrucoſus.
Pediditi vinum infuſa aqua. *Homerus*

## BIBACITAS.

Angina vinaria. *Feſt. Pomp.*
Argenteus puteus. *Athenæus*
Calicum remiges. *Idem*
Maduſam ego nunc probè habeo. *Plaut.*
Nec elephantus ebiberet. *Athenæus*
Parthi, quo plus biberint, plus ſitunt.
Ranarum more bibere. *Athenæ.*

## BONAE FORTVNAE,
*copiæ, felicitatis, aut ominis.*

Albæ gallinæ filius. *Iuuenal.*
Aſinus in paleas incidit. *Athenæ.*
Aut piſcem olet, aut florem. *Ambros.*
Bonis auibus. Malis auibus. *Horat.*
Bonorum mare. *Zenodo.*
Bonorum aceruus. *Cicer.*
Bonorum myrmecia, examen. *Theocrit.*
Bonorum plauſtra. *Athen.*
Bos ad præſepe. *Philoſtrat.*
Bos apud aceruum. *Suid.*
Boues meſſis tempus expectantes.
Capram cœleſtem orientem conſpexerunt. *Plutarch.*
Contingit & malis venatio. *Suid.*
Copiæ cornu. *Lucian.*
Cumulus meritorum. *Cicer.*
Deum eſſe, Deum facere. *Cicer.*
Dijs hominibuſque plaudentibus. *Cic.*
Effugi malum, inueni bonum. *Zenodot.*
Examen virtutum. *Plutarch.*
Ex aſtris decidit. *Cic.*

Extis ſeu lucanicis pluit.
Fœlicitas à deo. *Homer.*
Gargara bonorum. *Suid.*
Gygis annulus. *Lucian.*
Hic ager vel lac gallinaceum ferat. *Strabo.*
Horna meſſis. *Plautus.*
Ilias bonorum. Ilias malorum. *Euſtat.*
In cœlo eſſe. *Cicero.*
Inueni, non quod pueri in faba. *Plaut.*
Lac gallinaceum hac pro vita non capiam. *Ariſtoph.*
Laureum baculum geſto. *Suid.*
Lux affulſit. *Cicero.*
Noctua volat. *Zenodot.*
Nunc illa aduenit Datidis cantilena, vt lætor, vt delector, vt gaudeo. *Suid.*
Oculus dexter mihi ſalit. *Theocrit.*
Orci galea. *Zenodot.*
Primum rectè valere: Proxima forma, tertio loco diuitiæ.
Plauſtra bonorum.
Quæuis terra patria. *Zenod.*
Rex ſum. *Plaut.*

Sapi-

Sapiens ſua bona ſecum fert. *Bias*
Secundis ventis. *Horatius*
Secundo æſtu. *Lucianus*
Semper feliciter cadunt Iouis taxilli.
Supercilium ſalit. *Plautus.*
Tranquillo quilibet gubernator eſt. *Senec.*
Virgula diuina. *Cicero*
Virtute duce, fortuna comite. *Cicero*

## *BREVILOQVENTIA.*

Laconiſmus. Laconicè dicere. *Greg. Theo.*
Minore finire pomœrio. Exiguis finibus circundare. *Varro, Cicero*
Numero dicis. *Plautus*
Tribus bolis. *Plautus*
Tribus verbis. *Hieronymus*
Vno faſce complecti. *Plinius.*

## *CAECVTIENTIA.*

Cæca ſpeculatio. *Suidas*
Cæcus cæco dux. *Horatius*
Cimmeriæ tenebræ. *Lactantius*
Cucurbitas lippis. *Socrates*

E duobus tria vides. En geminis conſurgit menſa lucernis. *Iuuenalis*

Lolio victitant. *Plautus.*

Neque cœcum ducem, neque amantem conſultorem. *Ariſtophanes*

Ollas lippire. *Lucianus*

Palpari in tenebris. *Ariſtophanes*

Puluerem oculis offundere. *Hieronymus*

Talpa cæcior. *Suid.*

Tireſia cæcior. *Iuuenal.*

## *CALVMNIA.*

Albo reti aliena captant bona. *Plautus*

Argiua calumnia. *Diogenianus*

Crater litium. *Ariſtophanes*

Fruſtra Herculi calumniam ſtruxeris. *Plutarchus*

Hoc municeps, aut vicinus nuntiauit. *Cicero*

Non eſt remedium aduerſus ſycophantæ morſum. *Ariſtophanes*

Theocrines Tragicus. *Demoſth. Hierony.*

## CARPENTIS SE IPSVM.

Domeſticum theſaurum caluminiaris. *Ariſtoteles.*

Propria vineta cædere. *Horat.*

Quò prætergreſſus? quid geſtum in tempore, quid non?

## CAVSA INDEFENSA.

Deſerta cauſa vincere, accuſare. *Lucia.*

Ne de lite pronuncies, niſi partes audiueris ambas. *Cicero. Lucian.*

## CEDENDVM MVLTItudini.

Contra duo contraria pugnare difficile. *Plato.*

Extra publicam viam ne deflectas. *Diogen*

Ne Hercules quidem aduerſus duos. *Plato*

Plurium calculus vincit.

Pars maior meliorẽ vincit, vbi numerantur, non expenduntur ſententiæ. *Liui.*

Vni cum duobus non eſt pugnandum. *Homer.*

Vnus vir, nullus vir. *Plato.*

## *CVM AVXILIO, CITRA auxilium.*

Ancora domus. *Eurpid.*
Columen familiæ. *Terent.*
Copijs noſtris. *Plaut.*
Duobus pariter euntibus, fiducia maior. *Cicero.*
Frater adeſto viro. *Plat.*
Meis auſpicijs. *Vergil.*
Multæ manus onus leuius reddunt. *Heſiodorus.*
Ne gladium tollas mulier.
Non absque Theſeo. *Plutarch.*
Noſtro Marte. *Cicero.*
Pecunia absque peculio fragilis. *Procul.*
Porrigere manus. *Vlpian.*
Si Deus voluerit. *Iacob. Apoſt.*
Sine canibus & retibus. *Pindar.*
Sine cortice nabis. *Horat.*
Titanas imploras. *Diogeni.*
Tradunt operas mutuas. *Terent.*
Viuus fueris, vel cæpe ſolum accipiens.
Vlyſſes cum Diomede deligendus. *Apule.*

## CITRA LABOREM.

Citra arationem, citráque ſementem. *Lucianus*

Citra puluerem victoria obuenit. *Gelli.*

Citra ſanguinem: citra ſudorem.

Dormienti tibi Deos confecturos, credebas. *Terentius*

Dormientis rete trahit.

Nihil ſibi agenti deuolaturam in ſinum victoriam cenſet. *Liui.*

Sub aliena arbore fructum legis. *Fabian. apud Liui.*

Vltrò Deus ſuppeditat bona. *Stobæus*

## CLAMOSVS.

Apertis tibijs. *Quintilianus*

Claudiana tonitrua. *Feſt. Pomp.*

Calamo boas. *Plutarch.*

Columnas & poſtes rumpit. *Ælian.*

Septem conuiuium, nouem conuicium. *Iul. Capitol.*

Stentore clamoſior. *Homerus*

Vſque ad rauim. *Plautus*

## COMMODO MAGNO *emptum.*

Vale clarum lumen. *Ambroſius*

## COMMODVM INTERuerſum.

Alij ſementē faciunt, alij metent. *Heſio.*
Ego apros occido, ſed alter fruitur pulpamento. *Diocletianus.*
Mazam pinſuit à me piſtam. *Ariſtoph.*
Palmam præripere.

## CONATVS.

Anchoras tollere. *Varro*
Aut terra, aut mari. *Plaut.*
Cominus & eminus.
Commouere ſacra. *Plaut.*
Cum haſta, cum ſcuto. *Homer.*
In magnis & voluiſſe ſat eſt. *Tibull.*
Manibus pedibusque, & neruis omnibus. *Terent.*
Mare cœlo miſcere. *Liuius*
Miſcebis ſacra prophanis. *Horat.*
Omni voce emiſſa perſuadere. *Plato*

Omnibus neruis. *Cicero.*
Omni telorum genere oppugnare.
Omni pede ſtandum. *Suid. Quintil.*
Remis veliſque fugiendum. *Cic.*
Remigio veloq; , quantumcunque poteris, feſtina. *Plaut.*
Summis vti velis. *Ariſtoph.*
Supremis vti carbaſis. *Ariſtoph.*
Surſum ac deorſum. *Terent.*
Terra marique fugere. *Theogn.*
Toto pectore. *Cicero.*

## CONCORDIA

Eadem queri.
In idem conſpirare. *Plato.*
Pariter remum ducere. *Ariſtoph.*
Tradunt operas mutuas. *Terent.*
Velut in cratere philotheſio.
Vt in Velabro olearij omnes compacto rem agunt. *Plaut.*

## CONIECTVRAE.

Æthiopem ex vultu indico.

Cauda de vulpe teſtatur. *Cicero.*
Cribro diuinare. *Lucian.*
De facie noſſe. *Cicero.*
De fructu arborem cognoſco. *Matth. 7.*
De guſtu cognoſcere. *Theoph.*
Domi coniecturam facere. *Plaut.*
E cantu dignoſcitur auis.
E culmo ſpica conijcitur. *Euſtach.*
E fimbria textum omne cognoſco. *Luci*
Effœminatorũ etiam oratio effœminata. *Zenodot.*
E plumis dignoſcitur auis.
Ex fronte perſpicere. *Cicero.*
Ex leui crepitu ſæpe monſtratur amo r. *Ammia.*
Ex ſtipula cognoſcitur culmus. *Homer.*
Ex vno omnia ſpecta. *Suid.*
Leonem ex vnguibus æſtimare. *Plutarch. Baſilius.*
Leonem videre, hoſtium prælia portendit. *Suid.*
Mortuos ſi ſomnies, res tuæ cadent. *Idem.*
Obelo notare. *Cic. Hierony,*

Omni-

Omnibus veſtigijs aliquem perſequi. *Cic.*
Prima facie. *Quintilianus.* (futuræ.
Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ
Qualis vir; talis oratio. *Seneca*
Quamquam non dixeris, tamen apparet è pelle.
Qui bene conijciet, hunc vatem. *Cicero*
Rem acu tetigiſti. *Plaut.*
Scopum attingere. *Lucianus*
Stellis ſignare *Euſtath.*
Vna hirundo non facit ver. *Ariſtoteles*

## CONSILIVM.

Nihil eſt miſerius, quàm animus conſcius. *Plautus*
Res ſacra conſultor. *Zenodo.*
Suadeo, quod ipſe facturus eſſem. *Homer.*

## CONTEMPTVS & VILItatis.

Abominandus ſcarabæus.
Alga vilior. *Virgilius*
Ante hac putabam, te habere cornua.
Aquila non captat muſcas.

Aquilam cornix prouocat.
Aſinus compluitur. *Suid.*
Aſinus eſuriens fuſtem negligit. *Ariſtote.*
Aſinos non curo.
Barbam vellere. *Horatius. Perſi.*
Calabri hoſpitis xenia. *Ariſtoph.*
Carica muſa. *Plato. Ariſtophanes*
Caſſa glande. *Plautus*
Caſſa nuce non emam.
Ciceris emptor. *Horatius*
Cochleare creſcit. *Chryſip.*
Cœnum barbaricum. *Plato*
Concha dignus.
Cubito emungere. *Suid.*
De fece haurire. *Cicero*
De lapide emptus. *Cicero.*
Diobolares. *Feſt. Pomp.*
Dionis gry quoque reſpondere nolim.
Dupondius: homo vix dupondio æſti-
mandus. *Iuſtin.*
E circulo, è triuio. *Cicero.*
E flamma cibum petis. *Terentius*
Elephantus non capit murem. *Lucianus*

Etiam corchorus inter holera. *Theophra.*
Exiguum oboli precium. *Suid.*
Extritum ingenium. *Horat.*
Ficulna mens. *Lucia.*
Ficulnus homo. *Theocri.*
Ficulnus gladius. *Heſych.*
Ficum Mercurio ſacrum ſuſpendere.
Flocci facio: flocci non facio.
Fruſto panis, conduci poteſt, vel vti taceat, vel vti loquatur. *Cato.*
Fulgur ex pelui. *Diogeni.*
Fumi vmbra. *Sophoc.*
Fumus tua eſt promiſſio.
Fumos vendere, offundere.
Fungus putidus quanti eſt, tanti eſt, nihil ſapit, nihil, ſentit. *Plaut.*
Generoſus es ex crumena.
Hoc noueram, priuſquam Theognis natus eſt. *Lucit.*
Homo treſſis. *Perſ.*
Homo trioboli. *Plaut.*
Huius non facio. *Terent.*
Imi ſubſellij. *Gelli.*

Incus

Incus maxima non metuit ſtrepitum.
Indignus, qui illi calceos detrahat. *Mat* 3.
Indignus, qui illi matellam porrigat. *Martialis*
Indus Elephantus non curat culicem.
Inter indoctos etiã Corydus ſonat. *Eurip.*
Leuidenſæ munus. *Cicero*
Mandare laqueum alicui. *Iuuenal.*
Malum Hercules boni conſulit. *Zenodot.*
Manum non verterim. *Apuleius*
Medium oſtendere digitum. *Martialis*
Megarenſes neque tertij, neque quarti.
Merx vltronea putet. *Hieronymus*
Minimo prouocare. *Horatius.*
Minus de iſtis laboro, quàm de ranis paluſtribus.
Myſorum poſtremus. *Strabo.*
Nauci non facio. Nauci facio. *Plautus.*
Ne allij quidem caput dedit. *Ariſtoph.*
Nebulæ in pariete. *Auſonius*
Ne crepitu quidem digiti dignum. *Athe.*
Nec vno dignus.
Ne guttam quidem. *Ariſtophanes*

Ne ligula quidem dignus.
Ne nummus quidem plumbeus ipſi peculij eſt. *Plautus*
Ne ramenta quidem ditior. *Plautus*
Ne feſtucam quidem reliquit. *Ariſtoph.*
Ne terra quidem iuuit nos. *Vergil.*
Ne teruncium quidem inſumpſit *Cicero*
Ne vmbram quidem eius nouit. *Cicero*
Nihili cocio eſt. *Plautus*
Nihil ſanum. *Cicero*
Nihil ſacri es. *Theocritus*
Nihil eſt ille, aut nihil illi curæ eſt. *Cice.*
Non admodum miſces. *Cicero*
Non eſt curæ Hippoclidi. *Herod.*
Non pluris, quã ſimias facio. *Dion. pru.*
Non magis, quàm canem, quiſquam ſalutat eum. *Plautus*
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. *Horatius*
Nummo addicere. *Vlpian.*
Obolo dignus. Nec dum obolo dignus. *Ariſtoteles*
Ollaris deus. *Zenodot.*

Oppedere contra tonitrua. *Horatius.*
Pannis lacer: Panni laceri inſtar reiectus. *Lucianus*
Pili non facio. *Cicero*
Plumbeo iugulare gladio. *Cicero.*
Quàm curat teſtudo muſcas. *Suid.*
Quatuor obolis non æſtimo. Aſſis non facio. *Suid.*
Quis vſus cepis putridi?
Quod non eſt opus, aſſe charum eſt. *Senec.*
Ruſticanum oratorem ne contempſeris. *Diogenianus*
Sale emptum mancipium. *Zenod.*
Scarabæi vmbræ. *Diogenianus*
Scraptæ. *Plautus*
Semper me tales hoſtes inſequantur. *Suid.*
Seruorum ciuitas. *Suid.*
Suſque deque ferre, habere. *Plautus*
Tanquam conchylium diſcerpere. *Suid.*
Telluris onus. *Homerus*
Tineas paſcere. *Horatius*
Titiuillitio non empſitem. *Plautus*

Sunt apinæ, tricæque, & ſiquid vilius iſtis. *Martial.*
Trioboli homo. *Plautus*
Trium literarum homo. *Plautus*
Vapula papyria. *Sicini.*
Vitioſa nuce non emam. *Plautus*
Vterque ambo, ambo neuter. *Plutarch.*
Vt luti baiuli, nihil, niſi dato nummo, facit. *Ariſtoph.*

## CONTAGIO MORVM.

A bonis bona diſce. *Theognitus*
Corrumpunt mores bonos colloquia praua. 1. *Corinth. 15.*
Oſcitante vno, deinde oſcitat & alter. *Plato*
Si iuxta claudum habites, ſubclaudicare diſces. *Plutarchus*
Torpedini ſimilis marinæ torpidos reddit, qui tangunt. *Plato*

## CONTRA.

Cantherius in foſſa ſci: parum valet. *Liui.*
In puteo conſtrictus. *Pat.*

Inuita Minerua. *Horatius*
Nunc meæ in arctum coguntur copiæ. *Terentius*

## CONTRARIVM PHIlautiæ.

Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat. *Theoph.*

## CRVDELITAS.

Lutum ſanguine maceratum. *Sueton.*
Manliana imperia. *Liuian.*
Non eſt oleum in lecytho. *Ariſtoph.*
Non magis parcemus, quàm lupis. *Ariſtophanes*
Omnium, quos Sol videt. Omnium quos terra ſuſtinet. *Plautus*
Omnis herus ſeruo monoſyllabum: At ſupplicare longum.
Phalaridis imperium. *Lucianus*

## CVRIOSITAS.

Canes venatici. *Cicero*
Corycæus auſcultauit. *Strab.*

Multæ regum aures atque oculi. *Lucianus*
Nihil dulcius, quàm omnia ſcire. *Cicero*
Nodum in ſcyrpo quæris. *Plautus.*
Scit, quomodo Iunonem duxerit Iupiter. *Theocritus*
Zenoniũ eſt, & lentem coquere. *Athenæ.*

## DAMNANDI.

Æquales calculi. *Suid.*
Ariſtarchus ſcriptorum. *Cicero*
Baculum contra iſtum an non moueas? *Gellius*
Cerulæ miniatulæ. *Cicero*
Calculo mordere. *Ariſtophanes*
Carbone notare.
Cenſoria virgula notare. *Quintilianus.*
Contra retiarium an te delectat ferula? *Martial.*
Limam addere.
Ne nomen quidem. *Paul. Apoſt.*
Niger hic eſt, hunc tu Romane caueto. (*Horatius.*
Ni pater eſſes. *Diogen.*
Notari vngue. *Hieronymus*

Spongia corrigere.
O præfigere. *Perſi. Theta.*
Tranſuerſo calamo apponere ſignum.
Triſtis litera. *Cicero* (*Horat.*
Veru ſignare. *Hieronymus*

## *DECRETVM.*

Murus aheneus. *Horatius*
Domeſticus teſtis.

## *DE GENERANTIVM in Peius.*

Ab equis ad aſinos. *Procop.*
Aceſias medicatus eſt. *Diogenianus*
Diſcum, quàm philoſophum, audire malunt. *Cicero*
Eamus Athenas. *Plutarchus*
Haud canit paternas cantiones. *Terentius*
Herorum filij noxæ.
Mandrabuli more res ſuccedit. *Lucianus*
Miſerum eſt alienę incumbere famę. *Iuue.*
Nullus dies omnino malus. *Heſiodus*
O domus antiqua quàm diſpari domino dominaris. *Ennius.*

Quis parentem laudabit, niſi infœlices filij? *Plutarchus*

Taurum tollet, qui vitulum ſuſtulerit.

Vt nunc ſunt homines. *Homerus*

## *DE PRECANTIS, ABOminantis.*

Deſpuere malum. *Plautus*

Hoſtibus eueniat. *Ouid. Propert.*

In capras ſylueſtres relegare. *Athena.*

Iſthuc inimicis ſiet. *Terentius*

Procul ab auribus nuncius veniat. *Suid.*

Si quid mali, in Pyrrham recidat. *Pinda.*

Terra mihi prius dehiſcat. *Vergilius*

Vates ſecum auferat omen. *Theocritus*

Vtinam ſic ſint, qui mihi malè volunt. *Terentius*

## *DERISIO.*

E ſublimi me derides. *Suid.*

In eo ipſo ſtas lapide, in quo præco prædicat, & te venire neſcis. *Plautus*

Loripedem rectus derideat. *Iuuenal.*

Naſo ſuſpendere. *Horatius*
Omnia præclara dicis. *Plato.*
Poſtica ſanna. *Perſi.*
Rhinocerotis naſus *Martial.*

## DESPERATIO.

Actum eſt. *Terentius*
Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas. *Suid.*
Ad reſtim res redijt. *Terentius*
A quinque ſcopulis in fluctus deſilire potius fuerit.
Auram bonam huic afflare ſperat. *Cicero*
Mindaus ſublatus eſt, periere honeſta. *Xenoph.*
Nullus ſum. *Euripides*
Pinus in morem perit. *Diogenianus*
Suſpendio deligenda arbor. *Plinius*

## DIFFICVLTATIS.

Capere ciuitatem. *Plato.*
Capere prouinciam. *Idem*
Centum de lignis plauſtrum compingitur vnum *Heſiod.*

Clauam extorquere Herculi. *Horatius.*
Difficilia quæ pulchra. *Solon.*
Ire per extentum funem. *Horatius*
Nemo malus hoc ſciet. *Plato.*
Non eſt cuiuslibet Corinthũ adire. *Suid.*
Non huc nauigatur ab honeſtis viris. *Sophoc.*
Non ſus quiuis hoc ſciet. *Plato.*
Omnes laqueos effugere.
Præter Sibyllam leget nemo: an habẽt gallinæ manus: gallina literas has ſcripſit. *Plautus, Hieronymus.*

## DIFFIDENTIA.

Cœca dies: oculata dies. *Plautus*
Confregit teſſeram. *Plautus*
Etiam ſi Cato dicat. *Plutarchus*
Fiducia pecunias amiſi. Fiſo res perijt, diffiſo ſalua remanſit. *Theog.*
Homo homini lupus. *Plautus*
Hoſtium munera, non munera. *Sophocl. Eurip.*
Nec iurato iſtuc crediturus ſum.
Ne Mercurio quidem crederem. *Strabo.*

Ne fidei quidem ipſi fidem habet.
Non perſuadebis, ne ſi perſuaſeris quidē. *Ariſtophanes*
Oculatę ſunt manus, credunt quod vident. *Plautus*
Pauper, qui donat diuiti, petit.
Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem. *Plautus*
Quot ſeruos habemus, totidem habemus hoſtes. *Seneca*
Simul & da, & accipe. *Ariſtoteles*
Tu propriam terram calcans, querceta teneto. *Theocritus*

## DIFFERENTIAE.

Longe, lateque. *Gelli.*
Myſorum ac Phrygū termini diſcreti ſunt. (*Strab.*
Ne punctum quidem. *Hieronymus*
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. *Horatius.*
Pilus vix in medio eſt. *Theocritus*
Quid diſtent æra lupinis. *Horatius*
Seiuncta ſunt Merrhæ & Siloam fluenta.

Valeat amicus cum inimico. *Plutarchus*

## DIGNITATIS.

Antiquior Codro.
Aurea barba dignus. *Perſi.*
Bos collocatus in arce.
Canis digna ſede. *Diogenianus*
Cæcus & claudus non intrabunt templum. *1. Reg. 5.*
Columen familiæ. *Terentius*
Decernetur equa. *Theſſalica. Euſtathi.*
Digna canis pabulo. *Suid.*
Digna cedro. *Perſi.*
Dignus Argiuo clypeo.
Dignus obeliſco. *Suid.*
Dignum, propter quod vadimonium deſeratur. *Plinius*
Dignus, quî cum in tenebris mices. *Cic. Auguſtinus*
Dignus, cui & iniurato credas.
Iupiter aquilam delegit.
Myrteam coronam ambis. *Suid.*
Primas tenere. *Cicero*

Qua-

Quauis re dignus. *Plato.*
Quantiuis precij homo. *Terentius*
Regia vaccula. *Diogenianus*
Roſcius in hac arte. *Cicero*
Sapientum octauus. *Horat.*
Scropha fœcundior alba. *Iuuenal.*
Vtranque paginam facit. *Plinius.*

## *DILIGENTIAE.*

Ad amuſſim. *Gelli.*
Ad libellam. *Cicero*
Ad vnguem. *Horatius*
Arator, niſi incuruus, præuaricatur. *Plin.*
Ariſtophanis & Cleanthis lucerna. *Varr.*
Caput ſcabere, rodere vngues. *Horatius*
Demorſos vngues ſapere. *Perſi.*
Digitum tranſuerſum. *Plautus. Cicero*
Ex perpendiculo.
Factum tranſactum. *Cicero*
Fixis oculis intueri. *Plutarchus*
Folia nunc in te cadunt, poſt cadent arbores. *Plautus*
Frons occipitio prior. *Cato.*

Funiculum ad lapidem admouere. *Chryſo.*
Grues lapidem deglutientes. *Ariſtophanes*
Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt.
Incudi reddere. *Horatius.* (*Chryſoſt.*
In nocte conſilium.
In occipitio oculos gerit. *Plautus*
In quadrum redigere. *Cicero*
Metiri digitis. *Cicero*
Mihi iſta curæ futura ſunt. *Plutarchus*
Non eſt idem finis curſus & conſilij. *Soph.*
Non quantum luſciniæ dormiunt.
Non nauigas noctu. *Chryſipp.*
Non vna manu capere. *Plato.*
Olet lucernam.
Pleno gradu. *Treboni.*
Pluteum cædere. *Perſi.*
Recoquere. *Quintilianus. Horatius*
Ruminare negotium. *Ariſtophanes*
Ruris fons. *Suid.*
Somnum oculis non vidit. *Cicero*
Somnus abſit ab oculis. *Ariſtophanes*
Succiſiua opera. *Cicero*
Vel acum inueniſſes. *Plautus*

Vltro citroque. *Cicero*
Vnum ad vnum. *Lucianus*

## DISCORDIA.

Bellum omnium pater. *Lucianus*
Betam gamma perſequitur. *Procop.*
Res tuas tibi habeto. Tuas res tibi agito. *Plautus*

## DISCRIMINIS.

A bis ſeptem vndis purgatus eſt. *Suid.*
Ad ſcolon nec proficiſceris ipſe, nec alterum comitaberis. *Strabo.*
Ægæum nauigat. *Ælian.*
A fronte præcipitium, à tergo lupi.
Apio eſt opus. *Plutarchus*
Caluus cum ſis, ne obuerſa fronte obnuas arieti. *Gregorius*
Certamen non accipit excuſationes. *Plat.*
De pilo pendet. *Macrob.*
De tuo capite aguntur comitia. *Plautus*
E naſſa eſcam petere. *Plautus*
Ex ore lupi ereptum, receptum. *Diogenia.*
Filum contentionis tunc erat. *Tertul.*

Flamma fumo proxima. *Plautus*

Furioſi manibus commiſſus videtur gladius. *Heinric. VII. Angl.*

Gladium acutum auertas *Pythagor.*

In acie nouaculæ. *Sophocles*

In eadem es naui. *Cicero*

In neruum ire. *Terentius*

Inter malleum & incudem. *Origenes*

Inter ſaxum & ſacrum. *Plaut.*

Lepus periclitatur pro carnibus. *Ariſtoph.*

Longæ manus regum. *Ouidius*

Maleam legens, quæ domi ſunt, obliuiſcere. *Strabo.*

Ne in melampygum incidas. *Ariſtoph.*

Ne in neruum erumpat. *Terentius*

Ne temerè Abydum nauiges. *Suid.*

Ne puero gladium commiſeris. *Plutarch.*

Ne vni naui bona committas omnia.

Non certatur de oleaſtro. *Diogenianus*

Nunc contingat ſeruari, de reliquo mihi ipſi curæ erit. *Diogenianus*

Obijcere canibus agnos. *Diogenianus*

Ouem lupo commiſiſti. *Terentius*

Per haſtæ cuſpidem currere.
Per ignem incedis. *Ariſtophanes*
Perque enſes, perq; ignem oportet irrumpere. *Diogenianus*
Per teſqua, per hirta.
Per ſaxa, per ignes. *Horatius*
Quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint? *Cicero*
Res eſt in cardine. *Cicero*
Sub cultro relinqui. *Horatius*
Sus ſub fuſtem. *Suidas*
Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. *Horatius*
Vtinam domi ſim. *Suid.*

## *DISSIMILITVDINIS & congruentiæ.*

Alabaſtrus vnguenti plena. *Cicero*
Alia res ſceptrum, alia plectrum.
Alia voce pſittacus, alia voce coturnix loquitur. *Martialis*
Aliter catuli longè olent, aliter ſues. *Plaut.*
Aliud noctua ſonat, aliud cornix.
Argutos inter ſtrepit anſer olores. *Virgil.*

Aſinus ad lyram. *Var.*
Aſinus ad tibiam.
Aſinus in vnguento. *Diogenianus.*
Aſinus portans myſteria. *Ariſtophanes*
Aſinus in pelle leonis. *Euſebius*
Aſinus audiens lyram auriculas moues.
Aſino quidam narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat.
Caluus comatus. *Martial.*
Canis in balneo. *Lucianus*
Canis in præſepi. *Lucianus*
Cibum in matellam ne immittas. *Pythago.*
Congregare cum leonibus vulpes. *Marti.*
Ex diametro oppoſita. Diametro diſtant.
Extra cantionem dicis, agis. *Lucianus*
Extra oleas fertur. *Ariſtophanes*
Extra organum. *Quintilianus*
Feli crocoton addis.
Graculus inter muſas.
In agro ſurculario capras ne compaſcas *Varr.*
Induitis me leonis exuuium. *Ariſtoph.*
In eburnea vagina plumbeus gladius. *Dio.*

In lente vnguentum. *Gelli.*
Nihil ad Bacchum. *Suid.*
Nihil ad fides. *Lucianus*
Nihil ad verſum. *Lucianus*
Nihil cum amaracino ſui. *Lucreti.*
Nihil graculo cum fidibus. *Aul. Gel.*
Nunquid & Saul inter prophetas? *1. Reg. 10*
Quæ ſemel ancilla, nunquam hera.
Quid cani cum balneo? *Lucianus*
Quid cœco cum ſpeculo? *Stobæ.*
Scarabeus vnguentum fugit, ſectatur oletum. *Plutarchus*
Seruus cum ſis, comam geris. *Suid.*
Simia in purpura. Amiculo Philoſophus. *Auguſtinus*
Sub exuuio leonis ridiculam ſimia mtectam habet. *Lucianus*
Syrus quum non ſis, ne ſyriſſa.
Tu in legione, ego in culina. *Plautus*

## DIVITIAE.

Ad ambas vſque aures. *Suid.*

Ad pedes, ad caput. *Theophraſtus*
Arabum gazæ.
Benè loculis, benè ſcrinio.
Crœſo, Craſſo ditior. *Plin.*
Dextro Hercule. Amico Hercule. *Horat.*
Diues aut iniquus eſt, aut iniqui hæres. *Hieronymus*
Herculis quæſtus. *Plautus*
Magnum os anni. *Suid.*
Midæ diuitiæ. *Stati.*
Ne decima quidem Syracuſarum pars. *Strab.*
Nullius indigens Deus.
Octipedes. *Lucianus*
Pactoli opes. *Philoſtrat.*
Pecuniæ vir eſt, pauper nunquam probus. *Suidas.*
Pelopis talenta. *Theocritus*
Perſici apparatus.
Quantum habet quiſque, tanti ſit. *Horat.*
Quantum non miluus oberret. *Perſi.*
Satietas ferociam parit. *Theogn.*
Tantalicæ opes. Tantali talenta. *Plato.*

Veſtis virum facit. *Quintilianus*
Vltra Calicratis fortunas. *Suidas*
Zopyri talenta. *Zenod.*

## DIVITVM PRAEROgatiua.

Alijs lingua, alijs dentes.
Annus producit, non ager. *Theophraſtus*
Arbore deiecta, quiuis ligna colligit. *Iuuē.*
Bonus dux bonum reddit comitē. *Plutar.*
Citiùs Telegoræ donârim. *Athenæ.*
Felicibus ſunt & trimeſtres liberi. *Sueton.*
Multitudo Imperatorum Cariam perdidit. *Plinius*
Nemo bene imperat, niſi qui paruerit imperio. *Ariſtoteles*
Viua vox. *Cicero*
Vmbræ. *Horatius*

## DIVTVRNVM.

Et nati natorum. *Plato*

## DOCILITAS.

Apertæ muſarum ianuæ. *Zenodot.*

Gorgonem aggreditur. *Perſius*.
Bos alienus ſubinde forâs proſpectat.

## DOMI VIVERE.

Domi manendum. *Homerus*
Domus amica, Domus optima. *Cicero*
Teſtudo, intra tegumen ſuum collecta, tuta eſt. *Liui.*

## ELABENDI.

Caſſes rodere. *Perſi.*
Omnes laqueos effugere. *Plato.*
Reperire rimam. *Plautus*

## ERROR IN INITIO.

Cantherius in porta. *Feſt. Pomp.*
In limine deficere. *Vergilius*
In portu impingere. *Hieronymus*

## EXCELLENTIA INAEqualitas.

Acanthida vincit cornix. *Calphur.*
Accesei & Heliconis opera.
Alpha penulatorum. *Martial.*
Ambroſia alendus. *Cicero*

Aquilæ ſenecta, corydi iuuenta.
Aquilam noctuæ comparas. *Martial.*
Aquila in nubibus. *Ariſtoph.*
Athenienſis, ſiquis probus eſt, egregiè probus eſt. *Plato.*
Bipedalis moduli homo. *Horatius.*
Bubo canit luſciniæ *Theocritus*
Camelus vel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera. *Syneſi.*
Cancros lepori comparas. *Diogenianus*
Chorus meus cõſonans magis, ili⁹ maior.
Cicadæ apem comparas. *Lucian.* (*Zenod.*
Corui luſcinijs honoratiores.
Crotoniatarum poſtremus, reliquorum primus eſt Græcorum. *Strabo.*
Culicem elephanti conferre. *Lucianus*
Cynosbatum aut Anemonam componis roſis. *Homerus*
Dij omnia poſſunt. *Homerus*
Diuinum ſermonem excipio. *Plato.*
Equis albis præcedere. *Horatius*
Fluuius cum mari certat. *Suid.*
Formica camelus. *Lucianus*

Hæc potior. Hæc victrix. *Plutarch.*

Hercules & ſimia.

Hinnulus leonem prouocat, cepit, vicit. *Lucianus*

Ille ſapit ſolus, volitant alij, velut vmbræ. *Plutarchus*

Indignus, qui illi porrigat matellam. *Martial.*

In regione cæcorum luſcus rex eſt.

Inter cæcos regnat ſtrabus.

Ius eſt in armis.

Ius in manibus poſitum. *Lucianus*

Lydius currus. *Diogenianus*

Manica. *Plutarchus*

Mineruæ felem comparas. *Suidas.*

Monſtrari digito pulchrum eſt, & dicier hic eſt. *Perſi.*

Multi diſcipuli præſtantiores magiſtris. *Cicero*

Multis paraſangis præcurrere, ſuperare. *Athenæ.*

Nanus cum ſis, cede.

Ne capra contra leonem. *Diogenianus*

Nihil ad Parmenonis ſuem. *Plautus*
Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem. *Theoc.*
Non omnia poſſumus omnes. *Vergil.*
Officere luminibus. *Paul. Iuris Conſult.*
Optima quidem aqua ſed præſtat aurum.
Pedibus trahere. *Cicero* (*Pindar.*
Pica certat cum luſcinia. *Homerus*
Plus apud Campanos vnguẽti, quàm apud cæteros olei fit. *Plinius*
Quantò aſinus præſtantiores muli. *Ahte.*
Rana cum locuſta. *Theocritus*
Sedecim pedibus ſuperauit. *Ariſtoteles.*
Senecta leonis, præſtantior hinnulorum iuuenta. *Stobæ.* (*Humerus*
Seruus ſeruo præſtat, dominus domino.
Si tantũ vitrum, quanti margaritũ. *Hiero.*
Teſtudinem equus inſequitur. *Plutarch.*
Teſtudinem Pegaſo comparas.
Tibiam tubæ comparas. *Diogenianus*

## *EXECRANDI.*

Diris agere. *Horatius*
In omni fabula Dædali execratio.

In vltimas terras. *Theocritus*
Oedipi imprecatio. *Æſchi.*
Phocenſium execratio. *Herodot. Horat.*
Tragicæ execrationes. *Laërti.*

## *EXERCITATIO.*

E ſchola cantilena. *Cicero*
In pompa, non in acie illuſtris. *Cicero*
Res palæſtræ & olei. *Cicero*
Theatri nugæ. *Plautus*
Vmbratilis & domeſtica exercitatio. *Cic.*

## *EX EVENTV IVDICIVM.*

Cocta numerabimus exta. *Diomed.*
Magiſtratus virum indicat. *Pittacus.*
Mali principij malus finis. *Æolus.*
Mox ſciemus meliùs vate. *Plutarchus*
Piſcator ictus ſapiet. *Zenod.*
Poſt acerba prudentior. *Apoſtol.*
Rebus peractis Prometheus eſt Cleon?
Rem factam habere. *Martial.*
Rem factam ſtultus cognouit. *Homerus*
Res indicabit.

Stultorum magiſter euentus. *Fabi.*

## *EXITIVM HONESTVM.*

De pulchro ligno vel ſtrangulari conuenit *Ariſtophanes*
Heracliti Sol non magis extinguitur. *Plat.*
Ne veſtigium quidem. *Cicero*

## *EXILIVM.*

Terram pro terra. *Lucianus*

## *EXPERIENTIAE SEV periclitationis.*

Ad aſylum confugere. *Cicero*
Aſinus ſedet.
Aut ter, ſex, aut tres teſſeræ. *Iul. Poll.*
Et poſt malam ſegetem ſerendũ eſt. *Senec.*
Fabri fabrilia tractant. *Horatius.*
In Care periculum. *Socra.*
In dolio figuralem artem diſcere. *Plato.*
In harenam deſcendere. *Suid.*
Mouebo talum à ſacra linea. *Plutar.*
Omnem iacere aleam. *Ariſtid.*
Omnem mouere lapidem. *Baſil.*

Omnem rudentem mouere. *Iul. Poll.*
Pedem conferre. *Cicero*
Primas iactare haſtas. *Cicero*
Quanta mus apud Piſam tulit. *Suid.*
Res ad triarios rediȷt. *Liuius.*
Reſpublica virum docet. *Plutarchus*
Rex aut aſinus. *Plato.*
Rex ſum. *Plautus*
Sacram ancoram ſoluere. *Lucianus*
Semper tibi pendeat hamus. *Ouidius*
Tanquã ad aram confugere aliquò. *Plaut.*
Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci. *Theocritus*
Vela ventis permittere. *Quintilianus*

## *EX SESE.*

Domi habet. *Cicero.* Domi naſcitur *Idem Terentius*
Emere malo, quàm rogare. *Idem.*
Nihil graue paſſus es, niſi tibi vindicas. *Diogenianus*

## *FACVNDIA.*

Attica muſa. *Diogenianus. Laert.*

Cygnea cantio. *Athenæ. Martial.*
Lepos Atticus, Eloquētia Attica. *Hierony.*
Pecunioſus, quamuis ſit nocens, damnari non poteſt. *Cicero*
Qui multa rapuerit, pauca ſuffragantibus dederit, ſaluus erit. *Lampridi.*
Saluete equorum filiæ. *Ariſtot.*
Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines. *Iul. Poll.*
Vulpes haud corrumpitur muneribus. *Suid.*

## *MVNVS NON MVNVS.*

Cyclopis domum. *Lucian.*
Hoſtium munera non munera. *Homer.*
Malum munus ſimile diſpendium. *Plutar.*
Pandoræ munus.
Quum Delphis ſacrificauerit, ipſe carnes abſumit. *Plutarch.*

## MVNVS APTVM AVT ineptum.

A Deo ficti. *Cicero.*
Ad pedem. *Plato.*
Bos ſub iugum. *Zenod.*
Nauis annoſa haudquaquam nauigabit per mare. *Diogenian.*
Non è quouis ligno fit Mercurius. *Theophilact.*
Non noſtrum onus, bos clitellas? *Quintil.*
Putre ſalſamentum amat origanum. *Athe.*
Pygmæorũ acrothinia coloſſo aptare. *Philoſtra.*
Veneri ſuem immolauit.

## MVNVS BONI CONSVlendum.

Donũ quodcunq; aliquis dat proba. *Stra.*
Equi donati dentes inſpicere non decet.
Munerum animus optimus. *Phurnutus*

## MVTANDAE SENTENTIAE.

Calculum reducere. *Cic.*
Palinodiam canere. *Plato.*
Retrouerſum cedã; imitabor nepã. *Plaut.*

Talum reponere. *Antiphon.*
Vertere vela *Horatius.*

## MVTATI INSTITVTI.

A Dorio ad Phrygium. *Suid.*
Ab bonam frugem ſe recipere. Ad frugem applicare animum. *Plaut. Cicero.*
Circeo veluti poculo ex homine factus eſt beſtia. *Cicero*
De calcaria in carbonariam. *Tertullanus*
De toga ad pallium tranſijt. *Idem.*
Longum valere iuſſit. *Lucianus*
Maritimus quum ſis, ne velis fieri terreſtris. *Æſopus*
Nuces relinquere. *Perſi.*
Pro eleganti medico malus poëta. *Plut.*
Qui multùm obfuit. *Cicero*
Rudentes & remos cum armis commutauit.
Vlyſſes pannos exuit. *Homerus*

## NECESSITAS.

Diomeda neceſſitas. *Plato.*

Feras, non culpes, quod vitari non poteſt. *Gelli.*

Ingens telum neceſſitas. *Liui.*

Lepori eſurienti etiam placentæ fici. *Suid.*

Mortē nec Herculis euitare potuit. *Hom.*

Neceſſitas magiſtra. *Charche.*

Neceſſitas moleſta omnibus. *Ariſtotel.*

Obſeſſis ab hoſte quidlibet eſca eſt.

Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt. *Terentius.*

Sontica cauſa. *Næui. Poët.*

Stultitia eſt, venatū ducere inuitos canes. (*Plaut.*

Tranſuerſum agere. *Macrob.*

Vadimonium deſerere. *Cicero.*

Viro eſurienti neceſſe furari. *Suidas.*

Vocatus, atque non vocatus, Deus aderit. *Oracul.*

Volentem bouem ducito. *Theoc. Interp.*

## NOBILITAS, OBSCVRITAS.

Auis ex auibus. *Ariſtophanes*

Braſidas quidem vir bonus, ſed Lacedæmon multos habet præſtantiores. *Plut.*

Cymbalum mundi. *Plin.*

Domi nobiles. *Cicero*

E domo in domum. *Pindar.*

Fumoſas imagines iactat. *Cicero*

Generoſior Codro. *Zenod.*

Iouis germen. Germen ex ipſo Ioue prognatum.

Lychnobij. *Seneca.*

Matris, vt capra, dicitur. *Homer.*

Ne patris quidem nomen dicere poſſit. *Syneſi.*

Quanta vix cœlo capi poſſit, eam conſecutus eſt gloriam. *Cicero.*

Subdititi us es.

Terræ filius. *Tertull.*

Braſidas quidem vir bonus, ſed Lacedæmon multos habet præſtãtiores. *Plutar.*

## *NOTVS.*

Domeſticè notus. *Lucian.*

Hoc iam & vates ſciunt. *Epimeni. Ariſtot.*

In ore atque oculis. *Cic.*

Intus & in cute. *Perſi.*

Rumor publicus non omninò fruſtrà eſt. *Ariſtoteles*

## NOVITAS.

Aliud genus remi. *Plutarch.*
In folle offerre. *Calliſtrat.*
Qui modus equorum? *Suid.*

## NVGALIA.

Nugæ theatri. *Plaut.*

## NVNQVAM.

Ad græcas calendas. *Auguſt.*
Anno magno Platonis.
Cùm Nibas coccyſſauerit. *Heſych.*
Per arma aliquid facere. *Plutarch.*
Plenilunio fiet. *Diogenian.*
Quum mula pepererit. *Plin.*

## NVPERA.

Heri & nudius tertius. *Plato.*

## NVSQVAM.

In Aphannis. *Stephan. Zenodot.*
Nec apud homines, nec in mari. *Pindar.*

Vbi cerui cornua abijciunt. *Ariſtophanes*

## *NVNCIVS LAETVS.*

Haud annuncias bellum. *Iulianus*
Quid tibi Apollo cecinit? *Zenodot.*
Siren amicũ nunciat, apis hoſpitem. *Suid.*
Vulcanus tibi vaticinatus eſt. *Idem.*

## *OBLIVIO.*

Bibere mandragoram. *Iulianus*
Ex libro gubernatores. *Galen.*
Hac non egreditur verbum. *Plutarchus*
Imis ceris eradere. *Hierony.*
In campũ Lethes mittimus iſta. *Ariſtoph.*
Ne malorum memineris. *Val. Max.*
Odi memorem compotorem. *Lucianus*
Proprij nominis obliuiſci. *Hieronymus*
Ventis tradere. *Horatius*
Vino inſcribendum.
Viuorum oportet meminiſſe. *Cicero.*

## *OBSCVRITAS.*

Dauus ſum, non Oedipus. *Terentius*

Delius natator. *Socrates*
Ne Apollo quidem intelligat. *Athenæ.*
Ne Argus quidem cerneret.
Numeris Platonicis obſcurius. *Cicero*
Per nebulam, per caliginem, per ſomnium *Plaut. Cicero*

## *OBSECVNDANTIS.*

Ad digituli crepitum. *Hieronymus*
Deum ſequere. *Plutarchus.*
Inſanire cum inſanientibus. *Galen.*
Lex & regio. *Zenodot.*
Non ſtatuar leæna in machæra. *Ariſtoph.*
Pitarchia (obœdientia) felicitatis mater. *Æſchi.*

## *OBTRECTATIO & MAledicentia.*

Archilochia dicta. *Quintilianus*
Archilochi patria. *Diogenianus*
Archilochum teris. *Horatius.*
Carpet citiùs aliquis, quàm imitabitur.
Cum laruis luctari. *Suid.*

Denta-

Dentata charta. *Cicero*

Dente Theonino rodi. *Horat.*

Etiam in deorum cœtu malè ominata loquetur.

Genuino mordere. *Perſi.*

Hipponacteum præconium. *Cicero.*

Hyſtricis ſeta.

Infixo aculeo fugere: Inmiſſo iaculo fugere. *Plato.*

Iugulare mortuos. *Laert.*

Lapides iactos mordet, eum, qui læſit non attingit.

Lingua non inceſſam. *Diogenian.*

Morſus aſpidis. *Nicander.*

Mortui non mordent. *Plutarch.*

Naues onuſtæ conuicijs. *Homer.*

Pellem caninam rodere. *Martial.*

Plauſtra, conuitijs onuſta, inter ſe effundunt. *Lucian.*

Scrupulum abeunti inijcere.

Sphæram inter ſeſe reddere. *Plutar.*

Tuis te pingam coloribus. *Hieronym.*

Vitilitigator. *Cato.*

## OCCASIO.

Anſam quærere, præbere, negligere, arripere, eripere. *Plaut.*

Capere crines. *Idem.*

Eximere è manu manubrium. *Idem.*

Feneſtram aperire, & ſimiles metaphoræ.

Fronte capillata pòſt eſt occaſio calua.

Gladium dediſti, quo ſe occideret. *Plaut.*

Non ſemper erit æſtas. *Lucian.*

Nunc tuum ferrum in igni eſt. *Seneca.*

## OCIVM.

Conchas legere. *Cicero.*

Liber non eſt, qui nõ aliquando nihil agit. (*Idem.*

## OCCVLTA.

Admoto capite admonere amicum. *Plutarch. Homer.*

Attici Eleuſinia inter ſeſe tractant. *Zenod.*

In angulo. *Matth.10. Plato. Cicero*

In aurem dicere. *Matth. 10.*

In ſimpulo fluctus excitare. *Cicero.*

In tenebris ſaltare. *Lucianus*

Monſtrum alere. *Terent.*

Muris circumcurrentibus. *Plutar.*

Niſi ſiqua vidit auis. *Ariſtoph.*
Occultæ muſices nullus reſpectus. *Sueton.*
Oſtium obdite prophani. *Orpheus.*
Prophanum vulgus arceo. *Horat.*
Qui ſunt apud inferos terniones. *Athena.*
Summis ingredi pedibus. Suſpenſo gradu, ſuſpenſis pedibus ingredi. *Plutar.*
Terra defoſſum habes. *Plaut.*
Vrit abſque torre. *Plutar.*

## OCCVPATIO OCIVM.

Feſtũ multas habens occupationes. *Plut.*
Ne ad aures quidem ſcalpendas ocium eſt. *Lucian.*
Nullum ocium ſeruis. *Ariſtot.*
Quum licet fugere, ne quære litẽ. *Alcibi.*
Vincula Tyrrhena.

## ODIVM.

Cui iſta arrident, meis ne gaudeat. *Ariſtophan.*
Empedoclis ſimultas. *Diogenian.*
Et Scellij filium abominor. *Ariſtoph.*
Fratrũ inter ſe iræ ſunt acerbiſſimæ. *Eurip.*

Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.
Ne via quidem eâdem cum illo vult ingredi. (ro. *Plaut.*
Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator e-
Vt lupus ouem amat. *Plato.*

*OMINANDI.*

Adſint dij beati. *Zenodot.*
Bene ſit. Quod felix & fauſtum ſit. Quod bene vertat. *Cicero.*
Cum muſis.
In morbo conſumat. *Senec.*
In tuum ipſius caput. *Demoſth.*
Mercurio dextro. *Heſychi.*

*OMNIA.*

Auguſtum & latũ reddere valet. *Ariſtoph.*
Bipedum & quadrupedum: v. c. nequiſſimus.
Dulce & amarum vnà nunc miſces mihi.
Dulcia & amara elocutus ſum omnia.
Ioca ſeriaque. *Cicero.* (*Plaut.*
Nec animans, nec inanime. *Plato.*
Nec viuis, nec mortuis parcit.

Omnium, quos ſol videt. *Cicero.*
Pueri ſeneſque. *Ariſtoph.*

ORIGINIS.

Ab impijs egreſſa eſt iniquitas. *1.Reg. 24.*
Bonæ leges ex malis moribus procreantur. *Macrob.*
E quercubus ac ſaxis nati. *Homer*
E Squilla non naſcitur roſa. *Theogn.*
E tardigradis aſinis equus prodijt.
Exiguũ malum, ingens bonum. *Diogenia.*
Ex tua, ex noſtra, ex aliena officina prodijt.
Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt. *Fabius.*
Hinc belli initium. *Lucian.*
Hinc illæ lachrymæ. *Terent.*
Magnorum fluuiorum nauigabiles fontes *Fabius.*
Mali corui, malum ouum. *Gelli.*
Nunquam ex malo patre bonus filius.
Piſcis primùm à capite fœtet.

PARASITI.

Feruet olla, viuit amicitia.
Muris in morem. *Plaut.*

Muſcæ. *Athenæ.* (*Idem.*
Myconiorum more ad cõuiuium accedit.

## *PAVPERTAS.*

Ad incitas. *Plaut.*
Animam debet. *Terent.*
Aquam bibens nihil boni parias. *Demetri.*
Araneas eijcere. *Heſiod.* Plenus ſacculus eſt aranearum. *Catull.*
Canalicolæ. *Feſt. Pomp.*
Centro & ſpacio circumſcripta. *Plutar.*
Certiſſima paupertas, cùm alicuius indigeas, vti eo non poſſe. *Columell.*
Cinclus. *Suid. Menand.*
Cleomenes cubile ſuperat.
Comedo me ipſum, more Polypi. *Athenæ.*
Leberide nudior.
Fames magiſtra multorum. Fames multa
Fames Meliæa. *Ariſtoph.* (docet.
Hecale pauperior. *Ouid.*
Iro, Codro pauperior. *Ouid. Iuuenal.*
Macilenta manu pinguem pedem premas *Heſiod.*
Mendico ne parentes quidem amici ſunt.

Nec vellus habet, cui indormiat. *Theocrit.*
Nec obulum habet, vnde reſtim emat. *Lucian.*
Ne in pelle quidem propria tegitur. *Suid.*
Ne tempeſtas quidem nocere poſſit. *Cice.*
Non eſt Dithyrambus, ſi bibat aquam.
Nudior Leberide.
Nudior paxillo.
Nudus, tanquam ex matre.
Omnem facultatem indutus ſum. Omnia mea mecum porto. *Bias.*
Omnia, præter animam, tibi tradidit. *Cic.*
Oſtiatim. *Cicero.*
Paupertas ſapientiam ſortita eſt. *Zenod.*
Pauſone mendicior. *Ariſtoph.*
Pedem vbi ponat, non habet. *Tulli.*
Piſtillo nudior.
Quærendę facultates, deinde virtus. *Diog.*
Qui eget, in turba verſetur. *Homer.*
Saguntina fames. *Ariſtoph.*
Sterilior Agrippo. *Zenod.*
Theagenis pecuniæ. *Ariſtoph.*
Tunicati. *Horat.*

## PENSATIO BENEFICII, vel Officij.

Benefactis penſare delicta. *Cic.*
Botrus, oppoſitus botro, matureſcit. *Suid.*
Da mihi mutuum teſtimonium. *Cic.*
Eadem menſura. *Matth. 7.*
Eodem cubito. *Lucian.*
Ferrum ferro acuitur. *Prouerb. 7.*
Fricantem refrica. *Diogenian.*
Hoſtimentũ eſt opera pro pecunia. *Plaut.*
Manus manum fricat. *Plato.*
Par pari referre. *Terent.*
Pro bonis glomi. *Suid.*
Pro Delo Calauriam recepit. *Strabo.*
Senes mutuum fricant. *Æli. Spart.*
Vt ſementem feceris, ita & metes. *Cic.*

## PERFICIENDI SIVE abſoluendi.

Ad Coronidem vſque.
Ad Herculis columnas. *Strabo.*
Ad Phaſim vſque nauigauit. *Strabo.*
Ad vmbilicum ducere. *Horat.*

Bellicum canere. Receptui canere. Claſſicum canere. *Cic.* Signa canant. *Martial.* Collatis ſignis depugnare. *Cicero. Plaut.*

Capere prouinciam. Tradere prouinciam. *Terentius.*

Circulum abſoluere. Per omnes numeros cognoſcere. *Fabi.*

Colophonem addidit. *Diogenian:*

Curſu lampada trado. *Lucret.*

Domum quum facis, ne relinquas impolitam. *Heſiod.*

Finem vitæ ſpecta. *Solon.*

Filum ductũ eſt, iam acu opus eſt. *Iul. Poll.*

Lunæ radijs non matureſcit botrus. *Plutarchus.*

Nihil poteſt, nec addi, nec adimi. *Ariſtot.*

Nodum ſoluere. *Cicero.*

Omnia octo. *Iul. Poll.*

Omni deuorato boue, in cauda defecit.

Quadratus homo. *Ariſtot.*

Rudem accipere. Rude donare. *Horat.*

Sarta tecta. *Tull.*

Seruatori tertium. *Plato. Pindar.*
Si meus ille ſtylus fuiſſet: *Cicero.*
Summam manum addere. *Seneca.*
Summum faſtigium imponere. *Cicero.*
Summum ſuere centonem. *Lucilius.*
Supremum fabulæ actum addere. *Cicero.*
Tenedia bipenne ſecat. *Plutarch.*

## *PERFIDIA.*

Altera manu fert aquam, altera ignem. *Plutarch.*
Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. *Plaut.*
Altera ſcabit, altera ferit. *Gregor.*
Ex eodem ore calidum & frigidum efflare *Æſopus.*
Græca fide. *Auſon.*
Pœno quouis punior. *Plaut.*
Punica fides. *Liuius.*
Si aram tenens iuraret, nemo crederet.
Superauit dolum Troianum. *Plaut.*
Verbis cenceptis peierare. Verbis conceptis iuſiurandum dare. *Idem.*

## *PERPLEXVS.*

Aqua hæret: aqua deficit. *Quintil.*
Auribus lupum teneo. *Terent.*
De gradu deijcere. *Plaut.*
De poſſeſſione deijcere. *Plat. Cic.*
Gangamon. *Archela.*
Hæret in vado. *Ambroſ.*
In aqua hæret. *Cicero.*
In puteo conſtrictus. *Plato.*
Labyrinthus. *Gregor. Theol.*
Mille mæandri. *Prudentius*
Nec caput, nec pedes habet. *Cicero.*
Nec currimus, nec remigamus. *Ariſtoph.*
Ne Execeſtides quidem viam inueniat.
Nunc meæ in arctum coguntur copiæ. *Terent.*
Peribis, ſi non feceris. *Plaut.*
Ventus neque manere ſinit, neque nauigare. *Diogenian.*

## *PERSPICACITAS.*

Lynceo perſpicacior. *Plato.*
Naſus eſt illi. *Horat.*

Odorari, olfacere, ſubolere, deguſtare, deuorare, abſorbere, concoquere, euomere, expuere &c. *Cic. Terent.*

Serpentis oculo acutiùs videt. *Horat.*

## *PERSPICVITAS.*

Archimedes non poſſet meliùs deſcribere.

Candidus ſermo. *(Cic.*

Electro lucidior. *Lucian.*

Et puero perſpicuum eſt. *Plato.*

Mens videt, mens audit. *Ariſtot.*

Notum lippis ac tonſoribus. *Horat.*

Rudiùs ac planiùs. *Suidas.*

Tanquam in ſpeculo. Tanquam in tabula *Terent.*

Vel cœco appareat. *Plutar.*

Veluti è ſpeculo. *Ibid.*

## *PERTINACIA.*

Alios Tragœdos prouocat. *Lycurg. Sophiſta.*

Gladiatorio animo. *Terent.*

Mordicus tenere. *Cic.*

Niſi crura fracta fuerint. *Cic.*

Oſtrei in morem hæret. *Ariſtoph.*

Toto corpore. *Cicero.*

## PHILAVTIA.

Ab Eteobutadis ducit genus.

Amicos tragœdos æmulatur. *Didymus.*

Argenti fontes loquuntur.

Aut minus animi, aut plus potẽtiæ. *Plutar.*

Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem pugnis. *Horat.*

Colophonia ferocitas. *Diogenian.*

Et me Pollucem mater mea vincere dixit. *Theocrit.*

Feſtucam ex oculo alterius deijcies: deijce trabem de tuo. *Matth. 7.*

Fœnum habet in cornu. *Horat.*

Fortuna quem nimium fouet, ſtultũ facit.

Fortuna reddit inſolentes. *Homer.*

In armis acciſſat.

Ipſis placet. *Plato.*

Mendax atraphaxis. *Ariſtoph.*

Multi te oderint, ſi te ipſum laudas.

Ne intra veſtibulum quidem admittit quenquam.

Ne magna loquaris. *Diogenian.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0174-8

Non videmus manticæ quod in tergo eſt.
Oleum in auricula ferre. *Martial.*
Papæ myxus. *Suid.*
Patriæ fumus igni alieno luculentior. *Lucian.*
Pedere thus. *Ariſtoph.*
Philauti. Philautia. Cœcus amor ſui. *Horat*
Quæ quis ipſe facit, hæc dicitur vicinis non vertere vitio. *Ariſtot.*
Quod volumus, ſanctum eſt. *Auguſtin.*
Sine riuali diligere. *Auſon.*
Suum cuique pulchrum. *Ariſtot.*
Suus cuique crepitus benè olet. *Apoſtoli.*
Teipſum laudas. *Plutarch.*
Teipſum inſpice. *Idem.*
Tragicè loqui. *Idem.*

## *POTENTES.*

Nutu atque renutu. *Cic.*
Preces armatæ. *Idem.*

## *PRAELONGI.*

Caliga Maximini. *Iul. Poll.*
Clematis Ægyptia. *Demetri.*
Coloſſea magnitudo. *Lucian.*

Nullus malus magnus piſcis. *Athenæ.*
Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem *Hieronym.*
Puſillus, quantus Molon. *Suid.*

## *PRAETER SPEM BONVM aut malum.*

Coturnix Herculem. *Zenodot.*
Deorum manus. *Plutarch. Galen.*
Deus ex improuiſo apparens. *Lucian.*
Faciunt & ſphaceli immunitatem. *Suid.*
Glaucus poto melle reſurrexit.
Homo homini Deus. *Cicero.*
Inſperatam vitam agis. *Pindar.*
Lauares Peliam. *Plutarch.*
Mercuriale. *Suid.*
Mopſo Niſa datur. *Vergil.*
Negocium ex ocio. *Suid.*
Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. *Serui.*

## *PROBRVM GLORIA.*

Cerite cera dignus. *Horat.*
Cur non ſuſpendis te? *Zenod.*
Cythonymi probrum. *Idem.*

Fractas qui gerunt aures iſta circumferunt. *Galen.*
Gloria futuri. *Plutarch.*
Hic bonorum virorum morbus eſt. *Suid.*
Non omninò temere eſt, quod vulgò dictitant. *Ariſtot.*
Quem fortuna pinxerit nigrum, hunc vniuerſum æuum non poteſt reddere candidum. *Apoſtol.*
Scarabeo nigrior.
Sutorio atramento abſolutus putatur. *Cic.*

## PROCLIVITAS.

A vicinis exemplum habet.
Benè plauſtrum perculit. *Donat.*
Calcar addere currenti. *Plin.*
Currentem incitare. *Cicero.*
Ignis ad torrem. *Diogenian.*
In numerato habet ingenium. *Senec. Fab. Quintil.*
In planiciem equum mittis, prouocas. *Lucian. Syneſi.*
Lydum in planiciem prouocas.
Mercator nauiga & expone. *Strabo.*

Muſtelæ ſæuum das, aut cõmittis. *Diogeni*
Olla lenticulam attigit. *Athenæ.*
Quàm facilè vulpes pyrum comeſt. *Plaut.*
Sphæra per præcipitium truditur.
Stimulis non egentem inſtigare. *Plin.*
Suade lupis vt inſaniant. *Theocri.*
Tam in procliui, quàm imber. *Plaut.*
Tanquam de narthecio. *Tulli.*
Tarichus aſſus eſt, ſimul atque viderit ignem. *Athenæ.*
Titio ad ignem. *Suid.*
Vna pertica tractaui. *Plin.*
Vna ſcutica omnes impellit. *Suid.*
Vno digitulo. *Terent.*

### *PROFICIENTIVM IN melius.*

Ab aſinis ad boues tranſcendere. *Plaut.*
Effugi malum, inueni bonum. *Zenod.*
Ex bono in bonum tranſigi. *Suid.*
Fuit & Mandroni ficulna nauis.
Hodie nullus, cras maximus. *Ariſtoph.*
I modò venare leporem, nunc Itym tenes. *Plaut.*

Meliores nanciſciſci aues. *Euſtathi.*

Melius eſt quàm heri; melius cras forſan habebo. *Ariſtoph.Theocr.*

Satis quercus. *Cicero*

## PROFVSIO.

Bello parta ex hoſtili regione rapta *Plutar.*

Calliæ defluunt pennæ. *Ariſtoph.*

Caricum ſepulchrũ Mauſoleum. *Martial.*

Cui multum eſt piperis, etiam oleribus immiſcet. *Apoſtoli.*

Cupidinum crumena porri folio vincta eſt. *Plutarch. Suid.*

Drachmæ grando. *Zenod.*

E dolio hauris. *Theocr.*

Feſto die ſi quid prodegeris, pro feſto egere licet, niſi peperceris. *Plaut.*

Gallinatij ventrem habet, ſtatim concoquet hoc argentulum. *Ariſtoph.*

Glaucus alter deuoratus ab equis.

Immolare boues. *Ariſtoph.*

Largitio non habet fundum. *Cicero.*

Opus ad opus.

Plena manu. *Seneca.*

Proteruiam fecit. *Macrob.*
Relinque quippiam & Medis. *Plutarch.*
Vna cum ipſo caniſtro. *Zenodot.*

## PROPRII COMMODI *ſtudium.*

Ad ſuum quenque quæſtum, æquum eſt, eſſe callidum. *Plaut.*
Anguillam captare. *Ariſtoph.*
Ciuitates ludimus. *Zenodot.*
Genu ſura propius. *Ariſtot.*
Intus ſibi canit. Aſpendius citharędus. *Cic.*
Mercatorem ſimulat. *Ariſtoph.*
Mihi ipſi balneum miniſtrabo. *Idem.*
Ne quicquam ſapit, qui ſibi non ſapit. *Lucian. Plato.*
Omnes ſibi melius eſſe malunt, quâm alteri. *Terent.*
Opta vicino, vt habeat, magis autem ollæ
Sibi canere. Cano mihi & muſis. *Cicero.*
Simonidis cantilena. *Plutarch.*
Suam quiſque homo rem meminit. *Plaut.*
Veniat hoſpes, quiſquis profuturus eſt. (*Zenod.*
Vnà lauabor. *Suid.*

## *PROXIMIS VTENDVM.*

Altera nauigatio. *Plato. Ariſtot. Chryſoſt.*

Aulædus ſit, qui citharædus eſſe nõ poſſit. *Cicero.*

Bona eſt offa poſt panem. *Zenodot.*

Extrema linea. Ignorantium extrema linea. *Tertull.*

Præſentem fortunam boni conſule. *Plat.*

Præſentem mulge, quid fugientem inſequeris? *Theocrit.*

Prima ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis, tertijsque conſiſtere. *Cicero.*

Quod datur, boni conſule. *Ibid.*

Si bouem non poſſis, aſinum agas. *Suid.*

Si non adſint carnes, taricho contentos eſſe oportet. *Diogen.*

Viam qui neſcit ad mare, eum oportet amnem quærere comitem ſibi. *Plaut.*

Viuas vt poſſis, quando non quis, vt velis. *Cæcili.*

Vt poſſumus, quando vt volumus, non licet. *Terent.*

## *PRVDENTIA.*

Acetum habet in pectore. *Plaut.*
A fronte ſimul & occipitio oculatus.
A fronte & à tergo videt. *Homer.*
Alter Ianus.
Amyris inſanit. *Zenod.*
Homo Thales. *Ariſtoph.*
In holmo cubabo. *Zenod.*
Mus non vni fidit antro. *Plin.*
Non oportet hoſpitem ſemper hoſpitem eſſe. *Ariſtoteles*
Non pluit poſt noctem, qua ſus agreſtis pepererit. *Plutarch.*
Perendinū ventū prædicere nouit. *Pindar.*
Plane hic diuinat. *Terent.*
Qui bene conijciet, vatem hunc perhibeto optimum. *Cic.*
Sapiens non eget. *Ariſtot.*
Tanquam de ſpecula proſpicere tempeſtatem futurum.
Timidi mater nōn flet. *Probus Æmyli.*

*PRVDENTIA SENILIS.*

Ætate grādeſcente grandeſcit animus. *Homer.*
Annoſa vulpes haud capitur laqueo.

Eum auſculta, cui quatuor ſunt aures. *Zenodot.*

Multorum feſtorũ Iouis glandes comedit.

Seneſco ſemper multa addiſcens. *Solon.*

Sine cortice nabis. *Horat.*

## PVDICITIA

Hippolytum imitabor. *Diogenian.*

Melanione caſtior. *Ariſtoph.*

## PVDOR.

Apud menſam verecundari neminem decet. *Plaut.*

Ne pudeat artem proloqui, quam factites.

Pudebat recuſare, & non audebant ſuſcipere. *Homer.*

Pudor & metus. *Idem.*

Pudor in oculis. *Ariſtot.*

Tinctura Cyzicena. *Ariſtoph.*

Tinctura Sardonica. *Idem.*

Vbi timor, ibi pudor. *Plato.*

Verecundia inutilis viro egenti. *Homer.*

## PVNIRI PRO ALIO.

Canis peccatum ſus dependit. (*Athena.*

Tibicen vapulat, ſi quid peccauit coquus.

## RAPACITAS & AVARITIA.

A mortuo tributum exigere. *Ariſtotel.*
Argiui fures. *Suid.*
Atticus moriens porrigit manum. *Diogen.*
Bona Porſenæ. *Liui.*
Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. *Sueton.*
Candidũ linum lucri cauſa ducis. *Diogeni.*
Canis circum inteſtina. *Suid.*
Charybdis, Barathrum. *Ariſtoph.*
Cum puluiſculo. *Plaut.*
Exigit à ſtatuis farinas.
Ingluuies & tempeſtas barathrumq; macelli.
Inexplebile dolium. *Zenodot.*
Labrax Mileſius. *Plaut.*
Lacunam explere. *Cicero.*
Laudant vt pueri pauonem. *Iuuenal.*
Lauerniones. *Feſtus.*
Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. *Iuuen.*
Lucrum pudori præſtat. Pudere quam pigere præſtat.
Mendici pera non impletur. *Zenodo.*
Mendicorum loculi ſemper inanes. *Suid.*

Ne à chytropode cibum nondum ſacrificatum rapias. *Heſiod.*
Nec paſſim, nec omnia, nec ab omnibus. *Vlpian.*
Non curat numerum lupus. *Vergil.*
Nutricum more malè paſcis. *Plutarch.*
Pamphili furtum.
Pecuniarũ cupiditas Spartam capiet, præterea nihil. *Plutarch.*
Polypos iſtos noui, qui vbi quicquid tetigerint, tenent. *Plaut.*
Quod vtile honeſtum, quod autem noxium, turpe. *Plato.*
Rapere à veru. *Athenæ.*
Serpens, niſi edat ſerpentẽ, draco non fiet.
Vnà cum ipſis manipulis. *Suid.*
Voracior purpura. *Athenæ.*
Vorare hamum. *Plaut.*

## *RARITAS.*

Alba auis. *Iuuenal.*
Coruus albus. *Idem.*
Cygnus niger.
Noctuinum ovum. *Perot.*

Phœnice rarior.
Rara auis. *Perſi.*
Vbi per harma fulgurarit. *Strabo.*

## REFVGIVM.
Abdera pulchra. Teiorum colonia. *Strabo.*

## REPELLENTIS.
Aliam quercum excute.
Tollat te, qui non nouit. *Quintil.*

## RIGOR.
Ad libellam debere. *Cic.*
Ad viuum reſecare. *Idem.*
Ex ſyngrapha agere. *Idem.*
Obtorto collo trahi. Obſtricto collo diripi, rapi. *Cic. Plaut.*
Radit vſque ad cutem. *Sophocl.*
Summum ius, ſumma iniuria. *Cicero*

## RISVS.
Aiacis riſus.
Emori riſu. *Terent.*
Intra labia riſit. *Theocr.*
Reſtrictis labellis ridere. *Apulei.*
Riſus Megaricus.

Riſus ſyncruſius.
Sardonius riſus. *Zenod. Cicero.* Sardonice ridere. *Plato.*
Stultior Melitide. *Zenodot.*

## *RIXOSVS.*

Caninam facundiam exercere. *Saluſtius. Hieronym.*
Erethrienſium Rho. *Diogenian.*
Inſana laurus adeſt. *Plin.*
Lindij ſacrum. *Lactant.*
Litem mouebit, ſi vel aſinus canem momorderit. *Zenodot.*
Spirat Cæcias. *Ariſtoph.*
Rhodij ſacrificium. *Diogenian.*
Syrbenæ chorus. *Athenæ.*
Tetigit lapidem à cane morſum. *Plin.*

## *SALVBRITAS.*

Cucurbita ſanior. *Suid.*
Sanior eſt piſce. *Iuuenal.*
Valere pancraticè. *Plaut.*

## *SCVRRILITAS.*

A ſexaginta viris venio. *Athenæ.*
Equitandi peritus ne cantet. *Gregor. Theol.*

## SECVNDAE EXPERIENTIAE.

Deſtitutus ventis, remos adhibe. *Hermol. Barb.*
Poſterioribus melioribus. *Plat.*
Poſteriores cogitatioues ſapientiores. *Cic.*

## SECVRITATIS & TVTAE REI.

Ad aſylum confugere. *Cicero.*
Aliud cura. *Terent.*
Arx. *Cic. Ariſtot.*
Bonum eſt, duabus niti ancoris.
Canis tanquam Delum nauigans.
Duabus ancoris fultus. *Ariſtid.*
Equus me portat, alit rex. *Horat.*
E terra ſpectare naufragium. *Cic.*
Extra fumum & vndam. *Homer. Ariſtot.*
Extra lutum pedes habes. *Homer.*
Extra periculum ferox. *Idem.*
Extra telorum iactum. *Terent.*
Halcedonia ſunt apud forum.
His Medus non inſidiabitur. *Zenodot.*
In dextram aurem. *Plin.*
In diem viuere. Ex tempore viuere. In horam viuere. *Cic.*

In meis caſtris præſidijsq; verſaris. *Cice.*
In portu nauigare. *Terent.*
In terra pauperem, quàm in mari diuitem eſſe præſtat.
In tranquillo eſt.
Intra tuas præſepes. *Plaut.*
In tuo luco, & fano eſt ſitum. *Idem.*
In tuo regno. *Cic.*
In vado. *Terent.*
In vtramuis aurem dormire. *Idem.*
In vtrumuis dormire oculum. *Plautus.*
Legatus non cæditur, neq; violatur. *Scholiaſtes Homeri.*
Leporis vita. *Plutarch.*
Mœnia Semiramidis. *Ouidius*
Mortuo leoni & lepores inſultant. *Homer.*
Ne ſi ad Iouis quidem aulam. *Sophoc.*
Non vulgari anchora nititur. *Suid.*
Porrectis pedibus dormire. *Lucian.*
Porrò à Ioue atque à fulmine. *Diogenian.*
Poſt principia. *Terent.*
Primum apes abigendæ, deinde mel ſubtrahendum. *Agath.*

Procul à pedibus equinis.
Pugno tenere. *Plato.*
Quaſi millus cani. *Siſinius.*
Quid Achiuos à turre iudicatis? *Ariſtot.*
Sarta tecta. *Plaut. Cicero. Vlpian.*
Sæuũ prçluſtri fulmen ab arce venit. *Ouid.*
Suę quiſque domi rex eſt. *Homer.*
Tanquam ad aram. *Cicero. Plaut.*
Teſtudo intra tegumen tuta eſt. *Liui.*
Timidi mater non flet. *Æmil. Probus.*
Tymbra victitans. *Suid. Heſychi.*

## *SEMPER.*

Quoad vixero. *Vergil.*

## *SENIVM PRAEMATVRV̂M aut mors.*

Ergini canicies.
Mala ſenium accelerant. *Homer.*
Præſtat canẽ irritare, quàm anũ. *Menand.*
Vno die conſeneſcere. *Theocrit.*

## *SERA POENITENTIA.*

Apud Aram non eſt conſultandum.
Hedera poſt Anthiſteria.

Mus picem guſtans. *Theocrit.*
Optimum aliena inſania frui. *Plin.*
Poſt mala prudentior: Stulti more malo accepto ſapias. *Plato.*
Poſt rem deuoratam ratio. *Plautus*
Quod dedi, datum nollem. *Idem.*
Satiùs eſt recurrere, quàm malè currere. *Lucian.*
Sera in fundo parſimonia. *Seneca.*

## *SERVM REMEDIVM AVT intempeſtiuum.*

Aquam infundere cineri.
Poſt bellum auxilium. *Suid.*
Satius eſt initijs mederi, quàm fini. *Idem.*
Senex qui iuuenis cecidit, difficulter erigi-(tur.
Serò veniſti, ſed in colonũ ito. *Suid.*
Serò veniſti. *Plutarch.*

## *SERVIRE TEMPORI.*

Aduerſus ventum flantem non eſt reflandum. *Phocyllid.*
Aut abi, aut exuere. *Plato.*
Aut bibat, aut abeat.

Gladiator in harena conſilium capit. *Sene.*
Omnium horarum homo. *Quintilian.*
Polypi mentem obtine. *Plutarch.*
Seruire ſcenæ. *Cicero.*
Spartã nactus es, hanc orna. *Idem. Plutar.*
Sub manu naſcatur conſilium. *Seneca*
Vti foro. *Terent. Senec.*

## *SERVITVS.*

Argentum accepi, imperiũ vendidi. *Plaut.*
Cum ſarcinis enatare. *Seneca.*
Leo cordula vinctus. *Lucian.*
Spartæ ſerui, maximè ſerui, & qui liberi, maximè liberi. *Plutarch.*
Subiugus homo. Sub iugum mittere. Iactare iugum, deijcere, excutere iugum, ſubducere, ſubtrahere collum iugo. *Ouid. Cicero*

## *SIMILITVDINIS & CONgruentiæ.*

Ab vno digrammate. *Plutarch.*
Æqualem tibi vxorem quære. *Idem.*
Æqualis æqualem delectat. *Cicero*
Aphyæ honos oleum.

Aſinus aſino pulcherrimus. *Epichar.*
Aſpis à vipera. *Tertullia.*
Balbus balbum rectius intelligit. *Hierony.*
Beſtia beſtiam nouit. *Ariſtot.*
Bithus contra Bacchium. *Horat.*
Boni ad bonorum conuiuia vltrò accedunt. *Plato.*
Bonus cantor, bonus cupediarius. *Archid.*
Caſcus caſcam ducit. *Varro*
Catulæ dominas imitantes. *Plato.*
Chius ad Coum. *Zenod. Heſychi.*
Cicada cicadæ chara, formica formicæ. *Theocr.*
Clauum clauo pellere. *Lucian.*
Conto nauiga. *Suid.*
Conuenerunt Attabas & Numenius. *Diogenian.*
Cretenſis Cretenſem circumuenire conatur.
Cretenſis cum Ægineta agit.
Cretiza cum Cretenſi. *Plutarch.*
Cum Care Carizas. *Diogenian.*
De grege illo eſt. *Terent.*
Dignum patella operculum. *Hierony.*

Doribus Doricè loqui fas eſt. *Theocrit.*
Eadem cera. *Zenodot.*
Eiuſdem Muſæ æmulus. *Gelli.*
Eodem in ludo docti. *Terent.*
Eſernius cum Pacidiano componitur. *Lucull. Cicero.*
Ficus poſt piſces, poſt carnes legumina. *Athenæ.*
Furem fur agnoſcit, & lupũ lupus. *Ariſtot.*
Idem Accij quod Titij. *Gelli.*
Iiſdem veſcentes cæpis. *Ariſtoph.*
Inanium inania conſilia.
Fatuus fatua loquitur. *Collect.*
In matellam immeiere.
Ipſa holera olla legit. *Catull.*
Iugum idem ego ac tu trahimus. *Plin.*
Mali thripes, mali ipes. *Diogenian.*
Malus cum malo colliqueſcit voluptate. *Ariſtoteles.*
Mars haud concutit ſua ipſius arma.
Mons cum monte non miſcetur. *Plini.*
Non eras in hoc albo. *Idem.*
Non ſum ex iſtis heroibus. *Zenodo.*

Non tam aqua ſimilis aquæ. *Plaut.*
Non tam lac lacti ſimile. *Idem.*
Non filius Achillis. *Plutarch.*
Noſtræ farinæ.
Noui Simonem & Simon me. *Zenod.*
Nouũ cribrũ nouo paxillo pendeat. *Noni.*
Nunquam periculũ ſine periculo vincitur.
Omnia idem puluis. *Lucian.* (*Publi.*
Omnia ſub vnũ Myconam. *Strabo. Zenod.*
Ouo prognatus eodem. *Horat.*
Ouum ouo ſimile. *Cicero.*
Palumbus palumbo, apis api, triticum tritico, ficus fico ſimilis eſt. *Plutarch.*
Patris eſt filius.
Paxilli paxillos excutiunt. *Hieronym.*
Purus putus. *Plaut.*
Qualis hera, talis pediſſequa. *Cicero.*
Quàm apes apum ſimiles. *Cicero.*
Scopæ diſſolutæ. Scopas diſſoluere. *Cice.*
Semper graculus aſſidet graculo. *Diogeni.*
Semper ſimilem ducit Deus ad ſimilem.
Simile gaudet ſimili. *Idem.* (*Ariſtot.*
Similes habent labra lactucas. *Hierony.*

Stul-

Stultus ſtulta loquitur. *Eurip.*
Surdaſter cum ſurdaſtro litigabat. *Nicar.*
Terra amat imbrem. *Ariſtot.*
Ver hyemem ſequitur. *Pindar.*
Veſtigijs inhærere. *Cicero.*
Vno tenore. *Idem.*
Vulpinari cum vulpe.

*SIMVLATIO DISSImulatio.*

Accißare. *Cice.* Acciſmus. *Lucian.*
Æſopicus graculus. Moueat cornicula riſum. Furtiuis nudata coloribus. *Horat.*
Alia Lacon, alia aſinus illius portat. *Zenodot. Diogenian.*
Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. *Plaut.*
Aſinus apud Cumanos.
Audiens non audit. *Ariſtoph.*
Aurum ſubæratum.
Barbam & pallium video, Philoſophum non video. *Herod. Athenæ.*
Beneuolus trucidator. *Zenodot.*
Cretenſis mare. *Strabo.*

Crocodili lachrymæ.
Conniuere. *Cicero.*
Curat reduuiam, cum debeat mederi capiti. *Cicero.*
De reduuia queritur, maiori obnoxius malo.
Eſurienti vulpi ſomnus obrepit. *Diogenia.*
Extra quærere ſeſe. *Perſi.*
Flere ad nouercæ tumulum.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt. *Publ. Mim.*
Hæſitantia cantoris tuſſis. *Suid.*
Lepus dormiens. *Plaut.*
Megarenſium lachrymæ. *Diogenian. Suid.*
Melle litus gladius. *Hieronym.*
Multi qui boues ſtimulent, pauci aratores.
Multi thyrſigeri, pauci Bacchi. *Plato.*
Nil moror officium, quod me grauat. *Horatius.*
Non omnes, qui habent citharam, ſunt citharædi. *Varro.*
Non omnibus dormio. *Plaut.*
Paries dealbatus. *Paul. Apoſtol.*

Patrocli occaſio. *Diogenia.*
Plures thriobolos, paucos eſt cernere vates. *Zenodo.*
Poſtico diſcedere. *Galen.*
Scytha acciſſans aſinum. *Suid.*
Sileni Alcibiades. *Plato.*
Simia in purpura.
Simia barbata ſeu caudata. *Ariſtoph.*
Simia fucata.
Tuſſis pro crepitu.

*SOLITVDO.*

Ne muſca quidem. *Plaut.*

*SOLICITVDO.*

Animus eſt in corijs. *Ariſtoph.*
Arctum annulum ne geſtato. *Pythag.*
Cor ne edito. *Idem.*
Mens eſt in tergoribus, in corijs. *Ariſtoph.*
Sale & aceto. *Plaut.*
Similes vidētur captiuis ex Pylo. *Ariſtoph. Zenodot.*
Tantali lapis capiti meo impendet. *Suid.*

*SOMNOLENTIA.*

Endymionis ſomnum dormis. *Ariſtot.*

Salem vehens dormis. *Suid.*
Vltra Epimenidem dormis. *Gell.*

## SORDES & PARSIMONIA.

Bos Cyprius. *Suid.*
Canens vitæ palmam ad anethum.
Caninum prandium. *Gelli.*
Carica victima.
Cereri ſacrificant. *Plaut.*
Chœnici ne inſideas. *Hierony.*
Cochleæ vita. *Plutarch.*
Conuiua non conuiua.
Cumini ſector. *Ariſtot.*
Cyprio boui merendam. *Ennius.*
E Patroclis domo venit. *Suid.*
Ex Phelleo venire. *Ariſtoph.*
Ficos diuidere. *Martial.*
Immunem, & in aſymbolum venire. *Gell. Terent.*
In ſinu manum habere. *Theocrit.*
In ventrem impetum facere. *Plutarch.*
Lapſana viuere. *Plin.*
Lari ſacrificant. *Ariſtoph.*

Lingere ſalem. *Plin.*
Luto lutulentior. *Plaut.*
Macilentior Leotrephide. *Athenæ.*
Mazam ſine mora pone pone cantharo.
Monophagi. *Eudem.*
Nephalia ligna.
Nephalium ſacrum. *Suid.*
Nihil de vitello mihi dediſti. *Cic.*
Nullus emptor difficilis bonum emit obſonium. *Iul. Poll.*
Paruo emptas carnes. *Stephan.*
Patroclo ſordidior. *Ariſtoph.*
Philippide gracilior. *Athenæ.*
Rore paſcitur more cicadæ. *Theocrit.*
Sacra nihil ſunt, præter malas & cornua. *Suid.*
Sacrum ſine fumo. *Lucian.*
Tantali pœnæ.
Tenuiter diducis. *Suid.*
Tribus nimis inſumptis, duodecim imputat.
Victitant ſucco ſuo. *Plaut.*

## SPES PERTINAX.

Ab ipſa meſſe diſcedam? *Senec.*
Adhuc cœlum voluitur. *Theocrit.*
Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. *Cic.*
In herbis. *Idem.*
Spes alunt exules. *Euripid.*
Spes ſeruat afflictos.
Spes tenuis. *Ariſtoph.* Frigida. *Eurip.*
Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat. *Ouidius.*

## SVBITVM EXITIVM.

Eadem tibi & Pythia & Delia. *Menand.*
Muris intereuntis more. *Ælian.*

## SVBITI INTERVENTVS.

Etiam, ſi lupi mentionem feciſſes, interueniſſet. *Zenodot.*
Lupus in fabula. *Terent. Cicero. Plaut.*
Mercurius ſuperuenit. *Plutarch.*

## SVMPTVOSA.

Cœna popularis. *Plaut.*
Cœna dubia. *Terent.*

Hipparchi murus. *Suid.*
In beato omnia beata. *Theocri.*
Saliares dapes. *Horat.*

## *SVRDITAS.*

Surdior Toronæo portu. *Stephan.*
Surdior turdo. *Zenodot.*

## *TACITVRNITAS LAVDATA.*

Areopagita taciturnior. *Cœli.*
In ſinu gaudere. *Tibull.*
Manum ad os apponere. *Cœli.*
Mulierem ornat ſilentium. *Sophocl.*
Muti citiùs loquentur. *Plaut.*
Quod ſcis, neſcis. *Terent.*
Silentij tutum præmium. *Ariſtot.*

## *TACITVRNITAS IL-laudata.*

Acanthia cicada. *Simonid.*
Amyclas perdidit ſilentium. *Vergil.*
Bacchæ more. *Diogenian.*
Caput ſine lingua. *Gell.*
Doryphorematis more adeſt. *Athena. Lucian.*

Magis mutus quàm piſcis. *Lucian.*
Muta perſona. *Martial.*
Muti magiſtri. *Gelli.*
Mutus Hipparchion. *Zenodot.*
Mutus magis, quàm ſcapha. *Suid.*
Ne gry quidem. *Ariſtoph.*
Rana ſeriphia. *Plin.*
Reddidit Harpocratem. *Catull.*
Statua taciturnior. *Horatius.*
Taciturnior Pythagoreis. *Zenodot.*

*TAEDIVM EX ITERATIONE.*

Ad reſtim funiculum reddis.
Cantilenam eandem canis. *Terent.*
Crambe bis poſita mors. *Suidas.*
Date mihi peluim. *Suid. Ariſtoph. Plutar.*
Eadem per eadem. *Diogenian.*
Eandem tundere incudem. *Cicero.*
Hyperi ſeu piſtilli vertigo. *Zenod. Plutar.*
Iouis Corinthus. *Pindar. Ariſtoph. Plato.*
Iterum atque iterum ad Pythum via. *Diogenian.*
Iterum tranquillitatem video. *Ariſtoph.*
Longum prooemiũ audiendi cupido. *Plat.*

Linum lino nectis.
Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo. *Horat.*
Rhodiorum oraculum. *Diogenian.*
Terram video, bene habet. *Diogenia. Euripid. Cice.*
Vah procemium acceptas. *Terent.*

## *TARDITATIS CVNCTAtionis.*

Acceſſæi luna. *Diogenian.*
Ad aras. *Plutarch.*
Amæa Areſiam, Ceres Proſerpinam reperit. *Idem.*
Annus eſt. Iamdudum ætatem. Seculum eſt. *Plaut.*
Bunas iudex eſt. *Zenodot.*
Callipides, ſedulò ſeſe mouens, nihil promouet. *Cicero.*
Caudæ equinæ pilos paulatim euellere. *Horat.*
Celeriùs elephanti pariunt. *Plin. Secund.*
Coruus aquat.

Diu delibera: feſtinans in principio, ſeriùs peruenit ad finem. *Plato.*

Expecta anus, meum filium te ſuauiaturum.

Expecta bos aliquando herbam.

Feſtina lentè. *Gelli. Sueton.*

Hercules hoſpitatur. *Athenæ.*

Inter cæſa & porrecta. *Cicero.*

Laconicas lunas cauſaris. *Lucian.*

Machinas poſt bellum adferre. *Brut.*

Manu ſerendum, non thylaco. *Plutarch.*

Nemo nos inſequitur. *Plato.*

Pedetentim. *Terent.*

Placidè bos incedit.

Poſt feſtũ veniſti. *Plat.* Poſt Pythia veniſti.

Pulmo prius veniſſet. *Plaut.*

Quiſquis tardè venit ad cœnam, aut claudus eſt, aut non dat ſymbolas. *Theocr.*

Romanus ſedendo vincit. *Cicero.*

Summis ingredi pedibus.

Tacito pede. *Ouid.* Lento pede.

Tarda & ſera nimis, ſed fama & laude perenni. *Cicero.*

## TEMERITAS.

Ædilitatẽ gerit ſine populi ſuffragio. *Plau.*
Andabatarum more clauſis oculis pugnare, in tenebris gladium ventilare. *Hieronym. Nonius Marcell.*
Clauſis oculis abrupte & ſine diſtinctione negare aliquid. *Tertull.*
Cœnare me doce. *Ariſtoph.*
De cœlo ad ſynagogam. *Tertull.*
Exitij nulla ratio. *Plutarch.*
Hic mulget hircum, ille ſupponit cribrum *Lucianus.*
Illotis manibus aggredi. *Diogenian.*
Illotis pedibus ingredi. *Lucian.*
Inſcitia confidentiam parit. *Thucyd.*
Legati ſine mandatis. *Cicero.*
Ne incalceatus in mõtes aſcendas. *Theocr.*
Ne præceps fueris ad iurandum. *Vlpian.*
Oportet remum ducere, qui didicit. *Plutarch.*
Quam quiſque nouit artem, in hac ſe exerceat. *Cicero.*

## *TENACITAS.*

Auarus niſi quũ moritur, nihil rectè facit.
Itidem vt Acheronti hic ratio accepti inſcribitur, intrò receptum, quando acceptum eſt, non poteſt ferri foras. *Plaut.*

## *TEMPERANTIA.*

Philoſophari. *Iſocrat. Chryſoſt. Cice. Plaut.*
Zenone modaratior. *Laert.*

## *TEMPESTIVA.*

Aliam ætatem alia decent. *Homer.*
Bæta tum hyeme tum æſtate bona. *Suid.*
Capra ad feſtum.
Coccy, herniosus in campum. *Ariſtoph.*
Domi non hîc Mileſia. *Politian.*
Dulce eſt deſipere in loco. *Horatius*
Nihil homini amico eſt opportuno amicius. *Plaut.*
Noſce tempus. *Heſiod.*
Nunc leguminum meſſis. *Diogenian. Suid.*
Oleum & ſalem oportet emere. *Ariſtot.*
Quum pluit molendum.

Quum ceſſat Boreas, nauigandũ. *Ariſtot.*
Res puſilla, loco data, eſt maxima.
Sacra hæc non aliter conſtant. *Auſon.*

## TIMIDITAS.

Abiecit haſtam: Rhipſaſpis. *Ariſtoph.*
Animus in pedes decidit. *Homer.*
Ante tubam trepidas.
Canis ignauus lapidem mordet. *Plato.*
Ceruinus vir.
Corinthijs non indignatur Ilium. *Simoni.*
*Ariſtot. Plutarch.*
Cynamyia hominem exagitat. *Homerus.*
Domi leones, foris vulpeculæ. *Ariſtoph.*
Gallus deuictus rurſum inſilit.
Ignaui vertitur color. *Plutarch.*
In caſtris feroces, in acie pauidi. *Liui.*
Initio cõfidens, in facto timidus. *Euſtathi.*
In pedes retrocedit. Pedem referre.
In pulicis morſu Deum inuocat. *Æſop.*
Leonis veſtigia quæris. *Idem.*
Lingua beliare. *Ariſtoph.*
Verbigerari. *Apulei. Gloſſaſpidis. Heſychi.*
Metuit, ſi vel mus obſtrepat. *Plato.*

Mulier Imperator, & mulier miles. *Athenæus.*

Myſorum præda. *Ariſtot.*

Ne my quidem facere audet. *Varr.* Nec mutire, nec muſſitare, nec hiſcere audet. *Ariſtoph.*

Non incedit per ignem. *Theocrit.*

Nulla candidorum virorum vtilitas.

Quem mater amictum dedit ſolicitè cuſtodire. *Quintilian. Plutarch.*

Quum adſit via, ſemitam quæris. *Euſtath.*

Scrupulum inijcere. *Terent.*

Teuthidum more, gladium habes, cor autem non habes. *Plutarch.*

Timidior Piſandro. *Zenod.*

Timidi nunquam ſtatuerunt trophæum. *Eurip.*

Timidus Plutus. *Ariſtoph.*

Trepidat in morem galli cuiuſpiam. *Idem.*

Vel muſcas metuit præteruolitantes. *Ariſtoteles.*

Vmbram ſuam metuere. *Plato.*

Vrſus cum adſit, veſtigia quæris.

## TOLERANTIA.

Adamantinus. *Heſiod. Theocrit.*

Adamantina argumenta, vincula. *Plato. Plutarch.*

Chalcenterus.

## TORVITAS.

Martem tueri. Videberis, me videns, plane Martem videre. *Ariſtoph.*

Origanum tueri. *Ariſtoph.*

Titanicus aſpectus. Titanicum tueri. Titanico vultu intueri. *Lucian.*

## TOTVM VT NINIL reliqui.

Cum puluiſculo. *Plaut.*

Cum ramento reddidi. *Idem.*

Et prædam & præmium auferri de improbis viris decet. *Plaut.*

Omnia chaumata. *Zenodot.*

Principium, medium & finis. *Plato.*

Ruta cæſa. *Vlpian.* Ne quidem ruta & cæſa recepit. *Cicero.*

Vnà cum ipſis manipulis. *Suid.*

Vnà cum templis & aris. *Plutarch.*

## *VANITAS.*

Anicularum deliramenta. *Plato.*
Apologus Alcinoi narratur mihi. *Diogeni.*
Aſini mortes. *Suid.*
Brutum fulmen.
Cœcum inſomnium.
Calidum mendacium. *Plaut.*
Cilix haud facilè verum dicit. *Ariſtot.*
Cretiza cum Cretenſi. *Plutarch.*
Deinde expergiſcebar. *Dionyſ.*
Doſones. *Plutarch.*
Epiphyllides. *Ariſtoph.*
Fumos vendere. *Martial.*
Hiberæ Næniæ. *Hierony.*
Mentiuntur multa cantores. *Ariſtot.*
Ne ſi bos quidem vocem edat crediderim.
Somnium. *Terent.*
Subuentanea parit. *Ariſtoph.*
Tantali horti. *Philoſtrat.*

## *VICES OFFICII.*

Contribulis factus, ſerua ordinem.

De ſtatione, de præſidio deſerere. *Cicero.*
Ordinem, excubias deſerere. *Lucian.*
Penſum perſoluere. *Plautus.*

### *VICTORIA VTRIVSQVE triſtis.*

Flet victor, victus interijt.
Teſta colliſa teſtæ. *Ariſtoph.*

### *VINCERE & VINCI.*

Dare manus. *Cicero.*
Extremum occupet ſcabies. *Horat.*
Harena cedere campo. *Idem.*
Haſtam abijcere. *Cicero.*
Herbam dare. *Feſt. Pomp.*
Inuulnerabilis es, vt Cæneus. *Horat.*
Mea eſt pila. Noſtra omnis lis eſt. *Plaut.*
Palmam ferre. Palmam tribuere. Palmam præripere. *Cicero*
Quid niſi victis dolor? *Plutarch.*
Solus qui currit, facile vincit. *Lucian.*
Tolle digitum. *Perſi.* En tollo manum, cedo, viciſti.
Victi non audent hiſcere. *Plutarch.*

VINCVLVM INSOLVBILE.

Gordius nodus: Adamantinus clauus.
Herculanus nodus. *Seneca.*
Vulcanium vinculum. *Suid.*

VIS INIVSTA.

Ad ſaga ire. Saga ſumere. Ad ſaga ſumenda diſcedere. Saga parare. *Cice.*
Attticus aduena. *Ariſtot.*
Capillis trahere. *Æſchi.*
Centauricè. *Ariſtoph.*
Ceſcon habitas. Ceſcus ciuitas mentis inops. *Zenodo.*
Cyclopica vita. *Strabo.*
Cyclopum more.
Ferro diuidere. *Plutarch.*
Hoſpes indigenam eijcit.
In caput præcipitari. *Lucian.*
Leonina ſocietas.
Leonis catulum ne alas. *Val. Max.*
Lex in manibus. *Æſop.* Ius in manibus. *Lucian. Homer.*
Mars rex. *Suid.*.

Matis campus. *Suid.*
Non mouenda moues. *Zenod. Plat.*
Oculum excludere. *Plautus.*
Priuſquam ſortiaris, communia deuoras. (*Ariſtoph.*
Rus ciuitas. *Diogenian.*

## VITA HOMINIS MISERA & breuis.

Dimidio vitæ nihil differunt fœlices ab infœlicibus. *Plutarch.*
Ephemeri vita. *Ariſtot.*
Fictilis homo. Luteus homo. *Cicero.*
Homo bulla.
Optimum non naſci: proximum, ſi natus ſis quamprimum mori. *Lactant.*
Punctum temporis. *Plutarch.*
Salillum animæ. *Plaut.*
Spithama vitæ. *Diogenian.*
Stupa ſeniculus.
Vita hominis pergrinatio. *Plato.*
Vt herba Solſtitialis. Pauliſper fui, repente exortus ſum, repentino occidi. *Plaut.*

## VLTIO MALE FACTI.

Ad deorum aures peruenit.

Aderit Temeſſæus genius. *Strabo.*
Adraſtia Nemeſis, Rhamuſia Nemeſis aderit. *Diogenian. Galenus.*
Æſopicus ſanguis. *Plutarch.*
Anus ſimia ſerò quidem capitur, ſed tamen aliquando capitur.
Aratro iacularis. *Diogenian.*
Auriculam lubens mordicus illi abſtuliſſem. *Cicero.*
Bos laſſus fortius figit pedem. *Hieronym.*
Canis ſæuit in lapidem, eo, qui iecit, omiſſo. *Plato.*
Canis paccatum ſus dependit.
Dij laneos habent pedes. *Plutarch.*
Dulce pomum, quum abeſt cuſtos. *Idem.*
Fortis in alium fortiorem incidit. *Zenod.*
Fumantē naſum vrſi ne tentaueris. *Marti.*
Habet. *Terent.*
Habet & muſca ſplenem. Et pueri naſum Rhinocerotis habent.
Hipparchorum tabula. *Zenodot.*
Improbi conſilium in extremum incidit malum.
Ibyci grues. *Plato.*

Ineſt & formicæ & Serpho bilis.
In me hæc cudetur faba. *Terent.*
In tergore bouis deſedit. *Lucian.*
Longæ regum manus. *Ouid.*
Mali bibunt improbitatis fęcem. *Pſal. 75.*
Malis mala eueniunt. *Eurip.*
Malè parta, malè dilabuntur. *Cicero.*
Malis ter mala. *Athenæ.*
Miſeram meſſem metere. *Strabo.*
Ne ſpina quidem vulnerabit bonos.
Nunc dij beati.
Octæus genius aderit. *Diogenian.*
Ornatus ex tuis virtutibus. *Terent.*
Reperit Deus nocentem. *Theocrit.*
Salis onus, vnde venerat, illuc abijt.
Scarabeus aquilam quærit. *Ariſtoph.*
Semper virgines furiæ. *Suid.*
Serò Iupiter diphtheram inſpexit.
Serò molunt deorum molæ. *Plutarch.*
Sortem & vſuram perſoluere. *Dionyſ.*
Stultus, qui patre cæſo, liberis pepercit. *Ariſtot. Herod.* (*nel. Nepos.*
Sui cuique mores fingunt fortunam. *Cor-*

Vel capra mordeat nocentem. *Diogenian.*
Virum improbum vel mus mordeat.

## *VOTVM.*

Canis panes ſomnians. *Theocrit.*
Etiam dormiens ſomniat. *Ariſtoph.*
Ne contra bouem opta. *Diogenian.*
Omne æs alienum cæpe, & mulcta allium *Apoſtoli.*
Quæcunque in ſomno videntur. *Theocri.*
Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingũt. *Vergi.*
Quid non fies, profectus Arbelas. *Stepha.*
Semper ſuperioris anni res meliores. *Diogenianus*
Votum munificum. *Lucian.*
Vtinam mihi contingant ea, quæ ſunt inter Corinthum & Sicyonem. *Euſtath. Zenodot.*

## *VSVRA.*

Animam debet. *Terent.*
Citiùs vſura currit, quàm Heraclitus celerrimus.

Eſt Pylus ante Pylum. *Plutarch.*
Fœlix qui nihil debet.
Semel rubidus, ac decies pallidus. *Suid.*

## *SOLI DEO GLORIA.*

## ERRATA GRAVIORA
ſic corrigenda.

*Pag. 6. lin. 12. lege, obſcurus. p. 7. l. 2. dele, velocem tardus aſſequitur. p. 15. l. 14. liberorum & l. 7. tollere. p. 23. l. 11. capra. l. 20. Parthi, ſitiunt. p. 43. l. 17. herorum p. 63. l. 17. ſigularem. p. 66. 2. coquuntur. p. 70. l. 7. lucerna. p. 77. l. 16 luſcinia, p. 115. l. 20. cornis. p. 140. l. 21. Diomedea. p. 162. l. 19. transiȷ. p. 163. l. 17. Gallinacei. p. 174. dele. l. 13. 14. p. 179. l. 9. vnam Myconum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0219-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0220-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0221-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0222-5

124652

ULB Halle 3
007 107 692

2 VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0223-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0224-6

6

# ENCHIRIDION ADAGIORUM SELECTIORVM, E CHILIADIBVS DESIDER. ERASMI ROTERODAMI deſumptorum,

*Jn vſum*

**SWINFVRTENSIS SCHOLÆ CONCINNAtum, digeſtum & typis exſcriptum.**

PSAL. CXXVI.

*Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.*

SWINFVRTI
Ex Chalcographia Caſpari Kemlini.

M. DC V.

B.I.G. Farbkarte #13
Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue
Inches Centimetres

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602618-p0225-2
DFG